


Pindarum usu.




31761 08825139 2

LGr
P648
.Ybr

Pinder
Brandt, Paul
De particularum subiuncti-
varum apud Pindarum usu.







Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

<http://www.archive.org/details/departicularumsu00lich>

L Gr
P648
.Ybr

DE

PARTICULARUM SUBIUNCTIVARUM APUD PINDARUM USU.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT


PAULUS BRANDT,
ANHALTINUS.

346 162
2.
1.

LIPSIAE
TYPIS B. G. TEUBNERI

MDCCCXCVIII.





MEMORIAE
PATRIS CARISSIMI

Tabula argumenti.

	pag.
Caput primum. De particulis comparativis	9—18
I. ὡς	9—12
1. ὡς = ut (sine verbo)	9
2. ὡς εἰ, ὥστε, ὡς ὅτε	9—12
3. ὡς = ὅπως post verba νύμνεῖν et δεικνύναι.	12
II. ὅπως, ὅπα	13
III. ὥσπερ	13
1. cum verbo.	
2. sine verb.	
IV. ὅτε	14—16
1. c. verbo finito	14
2. c. participio	14
3. sine verbo	14—16
V. ἀτε	16—17
VI. ἵ.	17—18
1. post comparativum	17
2. post verbum αἰρεῖσθαι	18
Caput alterum. De particulis temporalibus	18—30
I. ὅταν, ὄπόταν, ὅτε, ὄπότε	18—24
1. ὅταν, ὄπόταν	18—19
a. c. coni. praes.	18
b. c. coni. aor.	19
2. ὅτε, ὄπότε	20—24
a. c. ind. imperf.	20
b. c. ind. aor.	20
c. c. coni. aor.	22
d. c. ind. fut.	23
e. ἵν τε, ἔσθ' ὅτε	24
II. ἀνίκα.	24—25
1. c. ind. praes.	24
2. c. ind. imperf.	24
3. c. ind. aor.	25
III. εὐτε	25—26
1. de re praeterita	25
a. c. ind. imperf.	
b. c. ind. aor.	

	pag.
2. de re quae fieri solet ($\varepsilon\tilde{\nu}\tau'$ ἀν)	25
3. de re futura ($\varepsilon\tilde{\nu}\tau'$ ἀν)	26
IV. ἐπεί, ἐπεὶ πάμποτον, ὡς, ἐπεὶ τάχα	26—28
V. ἐξ οὖ, ἐξ οὖπερ, ἀς	29
VI. ποίν	29—30
1. c. infin. aor..	29
a. de re praeterita	
b. in sententia generali	
c. de tempore praesente.	
2. c. ind. aor..	30
Caput tertium. De particulis causalibus	31—37
I. ἐπεί, ἐπειδή	31
II. ὅτι	32—34
1. c. ind. praes.	
2. c. ind. aor.	
3. c. ind. perf.	
4. c. ind. plusquam.	
5. c. ind. fut.	
6. ὅτι explicativum.	
III. οὖνεκα, εἶνεκεν, τοῦνεκα	34—35
IV. ὅτε	35
V. ὡς	36
VI. ἀτε	36—37
Caput quartum. De particulis finalibus	37—44
I. ὡς	38—39
1. c. optat.	
2. ὡς ἀν c. optat.	
3. c. coni. aor.	
II. ὅπως	39—40
III. ὅφεα	40—43
1. c. coni.	40—42
a. post tempus praesens	40
b. post tempus praeteritum	40
c. fr. 128 (90)	41
2. c. optat.	42—43
IV. μή	43—44
1. c. coni. aor. post ind. praes.	43
2. c. opt. aor. post imp. aor.	43
3. c. opt. praes. post opt. praes.	44
4. c. opt. aor. post ind. aor.	44
Caput quintum. De particulis εἰ (εἰπερ, εἰ γάρ) ἀν (κέ) . . .	44—56
A. De enuntiatis hypotheticis	44—55
I. De reali	44—55
1. εἰ c. ind. praes. — in apodosi	44—49
a. ind. praes.	44

	pag.
b. $\mu\eta$ c. imp. praes.	45
c. $\mu\eta$ c. coni. aor.	45
d. imp. aor.	46
e. ind. fut.	47
f. verbum dcest.	47—49
2. εi c. ind. imp. — ind. praes.	49
3. εi c. ind. aor. — in apodosi	49—50
a. ind. praes.	
b. ind. imperf.	
c. imp. praes.	
d. $\mu\eta$ c. imp. aor.	
e. imp. perf.	
f. verbum deest.	
4. εi c. ind. perf. — in apodosi	50
a. ind. praes.	
b. $\mu\eta$ c. imp. praes.	
II. De potentiali	50—51
1. εi c. opt. praes. — in apodosi	
a. opt. praes. c. $\pi\varepsilon$.	
b. opt. aor. c. $\pi\varepsilon$.	
2. participium instar apodosis est.	
III. De irreali.	51—53
1. εi c. ind. imp. — ind. aor. c. $\ddot{\alpha}\nu$ ($\pi\varepsilon$).	51—52
2. εi c. ind. aor. — ind. aor. c. $\pi\varepsilon$	52
3. part. aor. — ind. aor. c. $\ddot{\alpha}\nu$	52—53
IV. De constructionibus ex duabus mixtis	53—55
1. εi c. ind. praes. — opt. praes. c. $\pi\varepsilon$	53
2. εi c. opt. praes. — in apodosi	53
a. ind. praes.	
b. ind. fut.	
3. εi c. coni. praes. — ind. praes.	54
4. εi c. opt. aor. — in apodosi	54
a. ind. praes.	
b. verbum a quo pendet infin. c. $\pi\varepsilon$.	
α . futuri	
β . aoristi.	
5. εi c. coni. aor. — in apodosi	54—55
a. ind. praes.	
b. ind. aor.	
6. εi c. ind. perf. — opt. praes.	55
B. De reliquo usu particulae εi	55—56
I. $\varepsilon i =$ num.	55
II. $\varepsilon i =$ siquidem.	56
III. $\varepsilon i\pi\varepsilon\varrho$	56
a. $\varepsilon i\pi\varepsilon\varrho =$ siquidem.	

1. c. ind. praes.	
2. c. ind. perf.	
b. $\kappa\alpha\iota\pi\varepsilon\varrho$ = etsi.	
IV. $\varepsilon i \gamma\acute{a}\varrho$ = utinam	56
Caput sextum. De particulis consecutivis et declarativis	56—58
I. De particulis consecutivis	56—57
1. $\tilde{\omega}\sigma\tau\varepsilon$	56—57
2. $\tilde{\omega}\varsigma$	57
II. De particulis declarativis.	57—58
1. $\tilde{\delta}\tau\iota$	57—58
a. post verba dicendi.	
b. post verbum $\varepsilon i\delta\acute{e}\nu\alpha\iota$.	
2. $\text{o}\tilde{\nu}\nu\epsilon\eta\epsilon\nu$, $\varepsilon i\tilde{\nu}\nu\epsilon\eta\epsilon\nu$	58
3. $\tilde{\omega}\varsigma$	58
Loci pluribus tractati sunt hi	59
Vita	61—62

Caput primum.
De particulis comparativis.

I. ὡς.

1. ὡς = ut (sine verbo).

Particula comparativa ὡς apud Pindarum plerumque in sententiis primariis verbo non repetito usurpatur. *O.* II 95 μαθόντες δὲ λάβοι παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὡς, ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄφνιχα θεῖον. X 18. XIII 52. P. II 80 ἀβάπτιστός εἰμι φελλὸς ὡς ὑπὲρ ἔρηνος ἄλμας.¹⁾ *J.* III 42 (IV 24). fr. 123 (88), 8. Quater particulam ὡς postpositam (ὡς) videmus, bis (*O.* X 18. XIII 52) antepositam.

2. ὡς εἰ, ὠσείτε, ὡς ὅτε.

O. VII 1 φιάλαν ὡς εἴ τις ἀφνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἐλὼν ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοισαν δρόσῳ δωρήσεται, νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων οἶκοθεν οἶκαδε πάγχρυσον κορυφὰν κτεάνων, συμποσίου τε χάριν καῦδός τε τιμάσαις ἔόν· ἐν δὲ φίλων παρεόντων θῆκε νιν ζαλωτὸν διμόφρονος εὔνας· καὶ ἐγὼ νέκταρος χυτόν, Μοισᾶν δόσιν, ἀεθλοφόροις ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρπὸν φρενός, ἵλασκομαι Ὄλυμπίᾳ Πυθοῖ τε νικώντεσσιν. Videbatur mihi totum locum exscribere, quippe in quo plura sint, de quibus disseratur.

Primum. ὡς εἴ τις δωρήσεται. Cum futurum hic omnino ineptum sit, δωρήσεται pro δωρήσηται habendum est. Non igitur assentior de Jonghio (p. 409) δωρήσεται futurum esse dicenti. Comparat Hom. *E* 90 et 161. Neque vero iure, cum

1) Quae sunt tradita, integra sunt. Bergkius offendit in repetita particula ὡς post ἓτε: iniuria, videoas infra.

illo loco *ἐπιβρίση* legendum sit, hoc loco *ἄξη*.¹ Neque in Homericis locis neque hic futurum ullum sensum praebet. Comparatio enim est haec: sicut vir dives genero pateram donat et donans efficit, ut hospites ei invideant, sic ego carmen mitto et mittens victores mihi gratos redbo. Duplex igitur comparatio est: sicut socer pateram genero donat, sic ego carmen victoribus; sicut ille generum summo gaudio implet (tanto gaudio, ut ei invideant ceteri), sic ego victores. Apparet futurum omnino ineptum esse. Neque enim Pindarus carmen mittere vult, sed misit, neque socer pateram donaturus est, sed donavit; accedit quod aoristus *θῆκε* impedit, quominus *δωρήσεται* pro futuro habeamus, nam si socer donaturus est non iam reddidit generum invidiosum sed reddet, tum cum pateram donavit. Neque etiam cum Nabero *δωρήσατο* scribendum videtur, cum *δωρήσεται* optime possit explicari: est *δωρήσεται* coniunctivus aoristi correpta vocali. Quem usum Homericum esse constat, cf. π 70. 348 et ea quae Savelsbergius²) disseruit; cf. etiam quae infra de forma *αὐδάσομεν* (*O. I* 7) dicam (pag. 45). Pindarum saepius particulam *εἰ* cum coniunctivo coniungere infra videbimus (pag. 54—55). Est hic quoque usus Homericus neque non communis elegiacorum ut Tyrtæi Theognidis Solonis, cf. Krueger. Di. 54, 12, 2 [3] et Thiersch. act. phil. Monac. I 2, 211.

Alterum. Apodosis versu septimo inducitur particula *καὶ*. Prorsus similis est locus *O. X* 91, ubi *καὶ* verbo *ῶτε* (86) respondet; cf. *N. II* 1.³)

Tertium. Tota comparatio paene Homericum induit colorem. Memor sis, ut unum tantum proferam, exempli ε 368: ὡς δ' ἄνεμος ξαῆς ἡίων θημῶνα τινάξῃ καρφαλέων· τὰ μὲν ἔρ τε διεσκέδασ' ἄλλυδις ἄλλη· ὡς τῆς δούρατα μακρὰ διεσκέδασ'. Pendet a particula *ώς* coni. aor. *τινάξῃ* ut ab *εἰ* hic

1) cf. Hermanni opusc. II 46, 9. Non minus false de Jonghius p. 497) futurum defendere studet collato loco *O. X* 10, ubi futurum optime se habet sed prorsus alio sensu, de quo infra.

2) 'die Aoriste *ΕΔΩΚΑ ΕΘΗΚΑ ΗΚΑ* in „symbola in honor. Ritschelii p. 508.—cf. Westphal., method. Gramm. d. griech. Sprache I 216.

3) P. VIII 93 est *καὶ* nihil aliud nisi „etiam“ et comparatio particula *οὖτω* intellegitur.

δωρήσεται. Iam constructione relativa interrupta demonstrative poeta pergit: τὰ μὲν διεσκέδασε. Plane sic apud nostrum ἐν δὲ — θῆκε. Apud Homerum comparationem relative initiam constructione mutata demonstrative pergi tam notum est ut vix etiam dicatur: volebam etiam Pindari hunc usum esse admonere.

Bis Pindarus particula ὡσείτε usus est. *P.* I 42 ἀνδρα δ' ἐγὼ κεῖνον αἰνῆσαι μενοινῶν ἔλπομαι μὴ χαλκοπάροιον ἄκονθ' ὡσείτ' ἀγῶνος βαλεῖν ἔξω παλάμα δονέων. IV 111 τοι με καδος ὡσείτε φθιμένου δυοφερὸν ἐν δώμασι θη-κάμενοι ... κρύβδα πέμπον κτλ. Videmus igitur apud Pindarum ὡσείτε adverbium non coniunctionem esse. Differt igitur ab Homero, qui particulis ὡς εἰ τε quinquies verbum addidit et toties particulis ὡς εἰ¹⁾; ὡς εἰ τε sine verbo legimus sexies, ὡς εἰ sine verbo decies.²⁾

Particulis ὡς ὅτε utitur Pindarus quinquies. Locutio ὡς ὅτε sic explicanda est, ut ad ὅτε ex verbo sententiae regentis verbum suppleatur. Quod apparet ex locis in quibus verbum additum est, ut Hes. sc. 421 ἥριπε δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἥριπεν. Quale exemplum etiam apud Pindarum habemus: *N.* VIII 40 αὔξεται δ' ἀρετά, χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρεον ἄσσει. Naegelsbachius in adnotationibus ad Homeri Iliadem (*B* 209) dicit: „zu ὡς in ὡς ὅτε ist jedesmal ein Verbum zu ergänzen“, sed assentior Autenriethio dicenti: bei ὡς ὅτε, ὡς εἰ fühlte der Griechen dies Bedürfnis gewiss so wenig als wir bei ‘wie wenn’.“³⁾ Ad particulam ὅτε verbo omissa verbum suppleas, cf. *Hom.* λ 368 et *Ameisium* ib.⁴⁾

P. XI 39 ἢ μέ τις ἀνεμος ἔξω πλόου ἔβαλεν, ὡς ὅτ' ἀκα-τον εἰναλίαν. *N.* IX 16. — *J.* VI (V) 1. — Cum initio sine dubio ad particulas ὡς ὅτε verbum suppleretur, tum tempore progresso hoc neglecto particulae ὡς ὅτε sensu ‘tamquam’

1) cf. L. Lange. der homerische Gebrauch der Partikel εἰ I 433 ss.

2) cf. Lange l. l. I 440. II 538 ss.

3) cf. Friedlaender. de coniunctionis ὅτε apud Homerum vi et usu. Diss. inaug. Berol. 1860 p. 50.

4) Non plane igitur assentior Kuehnero II 581, 1, neque persuasit mihi Langius l. l. I 440. .

usurpabantur.¹⁾ O. VI 1 χρυσέας ὑποστάσαντες εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμου κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον πάξομεν. Possumus sane cum Hermanno et Dissenio supplere πήγνυμεν, vel cum de Jonghio πάξομεν, sed sententia tumet: melius, si ὡς ὅτε iam sensu particulae 'tanquam' accipiamus verbo non suppleto, quanquam non nego locutionem sic explicari posse et debere.²⁾

ὡς apud superlativum. Particula ὡς superlativo addita semel usus est Pindarus. N. IX 29 ἀναβάλλομαι ὡς πόρσιστα. cf. P. IV 164 ὡς τάχος.

3. ὡς = ὥπως post verba ὑμνεῖν et δεικνύναι.

Particulam ὡς sensu ὥπως in sententiis pendentibus usurpavit Pindarus bis, post verba ὑμνεῖν et δεικνύναι. Loci sunt hi:

N. V 26 αἱ δὲ πρώτιστον μὲν ὕμνησαν Διὸς ἀρχόμεναι σεμνὰν Θέτιν, Πηλέα δ', ὡς τέ νιν ἀβρὰ Κρηθεῖς Ἰππολύτα δόλῳ πεδᾶσαι ἤθελε κτλ. Verbi regentis (*ὕμνησαν*) obiecti (*σεμνὰν Θέτιν Πηλέα τε*) alterum membrum (*Πηλέα τε*) rursus excipitur sententia a particula ὡς incipiente: ὡς τέ νιν. Alterum ὡς (v. 30) sensu particulae ὅτι positum est, de qua videas infra.

O. XIII 75 δεῖξέν τε Κοιρανίδᾳ πᾶσαν τελευτὰν πράγματος, ὡς τ' ἀνὰ βωμῷ θεᾶς κοιτάξατο νύκτ' ἀπὸ κείνου χρήσιος, ὡς τέ Φοι αὐτὰ Ζηνὸς ἐγχειροαύνου παῖς ἔπορεν δαμασίφρονα χρυσόν. Verbi δεῖξεν obiectum (*τελευτάν*) in duo membra dividitur: monstravit finem, et quomodo — et quomodo.³⁾

1) Haec autem ellipsis verbi dum in aliis exemplis ex ipsa forma sententiae quodam modo patet, in aliis poeta de verbo aliquo, quod coniunctionem temporalem sequatur, non iam cogitasse videtur et in his quidem temporalis notio coniunctionis ὅτε evanescit et ipsa paene coalescit cum particula ὡς, ita ut iam coniunctae nihil amplius valeant quam simplex ὡς vel ὡς περ. Friedlaender l. l. p. 50.

2) cf. infra ἔστιν ὅτε.

3) Non possum non laudare de Jonghi adnotationem quam legens risum vix opprimas. Quaerit enim vir doctus explicans illud δαμασίφρονα χρυσόν: „ergone equis sunt mentes?“ Non igitur intellegere potest quam insignis his verbis insit pulchritudo, non intellegit quamquam paulo ante (v. 68) Minerva frenum φίλτρον ἵππειον nominavit! ‘Wenn ihr's nicht fühlt, ihr werdet's nicht erjagen’. Goethe.

II. Ὀπως, ὄπα.

Particula comparativa ὄπως Pindarus usus est bis. Loci difficultatibus vidui sunt hi: *O.* X 55 τὸ δὲ σαφανὲς ἵων πόρσω πατέφρασεν, ὅπα τὰν πολέμῳ δόσιν ἀκρόθινα διελὼν ἔθυε καὶ πενταετηρίδ' ὄπως ἄρα ἐστασεν ἑορτὰν σὺν Ὄλυμπιάδι πρώτᾳ νικαφορίαισι τε. — fr. 61 (33), 3.

Neque etiam particulam ὄπα Pindarus amavit. Praeter locum iam laudatum (*O.* X 56) ubi primo ὄπα deinde ὄπως legimus invenimus particulam ὄπα semel: *O.* X 9 νῦν ψᾶφον ἐλισσομέναν ὄπα κῦμα πατακλύσσει φέον, ὄπα τε κοινὸν λόγον φίλαν τίσομεν ἐς χάριν. Locus immane quantum coniecturis tentatus est, quas quidem non affero cum putem quae sunt tradita optime posse explicari: curiosi adeant in primis Mommssenium (in editione et in suppl. ann. critt. p. 140 ss.) et Bergkium. Cum Hermanno supplendum est verbum ἐστίν sensu „jetzt gilt es den Fall“.¹⁾ Poeta usus est constructione paratactica ut saepius. In oratione soluta sententia Pindari sic fere exprimenda est: nunc videamus quomodo, ut unda profluens devolvet lapillum volutum, communem sermonem iucundam persolvamus in gratiam. Memor enim sis poetam imagine lapillorum unda devolutorum debitum significare: ut unda calculos devolvit sic carmen Pindari debitum delere potest, praesertim cum foenus capiti addatur. Mirum est quantum in hoc loco docti offenderint, cum omnia optime procedant simodo memores sumus poetam paratactice loqui et verbum ἐστίν supplendum esse.

III. Ωσπερ.

1. cum verbo. *J.* VI (V) 47 τὰν μὲν ἄρρητον φνάν, ὥσπερ τόδε δέρμα με νῦν πεοιπλανᾶται θηρὸς πτλ.

2. sine verbo. *O.* VII 77 τόθι λύτρον συμφορᾶς οἰκτρᾶς γλυκὺν Τλαπολέμῳ ἴσταται Τιρουνθίων ἀρχαγέτα, ὥσπερ θεῶ, μήλων τε κνισάεσσα πουπὰ καὶ κρίσις ἀμφ' ἀέθλοις. — *P.* I 91 ἔξιει δ' ὥσπερ κυβερνάτας ἀνήρ ίστιον ἀνεμόεν.

1) Paullo aliter Boeckhius (nott. critt. *O.* XI 9 p. 409) ut iam Ph. Melanchthon. De imagine cf. Schmidtum p. 102.

IV. ὥτε.

ἥτε est particula Dorica pro ὥστε: ὥτε Δωρικῶς ἀντὶ τοῦ ὥστε schol. N. VI 47. De forma particulae cf. Apollon. de adverb. 591, 20 (p. 179, 20 Schn.). Ceteros grammaticorum locos invenies in Stephani Thesauro sub ὥστε. Praeter Pindarum qui particulam ὥτε novies usurpavit unum tantum locum laudare possum ubi ὥτε reperimus, fragmentum ἀδέσποτον in Bergkii lyricis III⁴ p. 742. Non nescio in Crameri anecdatis Oxoniensibus I 446, 22 postulari, ut apud Homerum M 433 ὥτε scribatur, sed iniuria: cf. quae adnotavit Spitzner.

1. ὥτε c. verbo finito.

Unum exemplum extat. O. X 86 ἀλλ' ὥτε παῖς ἔξ ἀλόχου πατρὶ ποθεινὸς ἵκοντι νεότατος τὸ πάλιν ἥδη, μάλα δέ ξοι θεομαίνει φιλότατι νόσον καὶ ὅταν καλὰ ξέρξαις ἀοιδᾶς ἄτερ, Ἀγησίδαμ', εἰς Ἀίδα σταθμὸν ἀνήρ ἵκηται, κενεὰ πνεύσαις ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν. Libri praebent ὥστε quod cum apud Pindarum semper consecutiva particula sit cum Boeckhio in Dorianam formam ὥτε mutandum esse nemo negabit. Particulae ὥτε respondet (v. 91) καὶ sensu: ut — ita. Quam responsionem iam supra (p. 10) vidimus et infra inveniemus ἄτε — καί (O. XII 13). cf. Dissemium ad O. XII 7. Adde scholiastam ἔστι δὲ ἡ ἀπόδοσις τῆς παραβολῆς εἰς τὸ καὶ ὅταν . . . δέον γὰρ οὕτως εἰπεῖν· ὥσπερ δψίγονος παῖς ποθεινὸς τῷ πατρὶ οὕτω καὶ πτλ.

2. ὥτε c. participio.

Bis apud Pindarum reperimus particulam ὥτε cum participio coniunctam. N. VI 26 (29) ἔλπομαι μέγα ξειπὼν σκοποῦ ἄντα τυχεῖν ὥτ' ἀπὸ τόξου ἵεις. VII 62 ὕδατος ὥτε φοὰς φίλον ἐσ ἄνδρο' ἄγων κλέος ἐτήτυμον αἰνέσω: quasi dicens.

3. ὥτε sine verbo.

Quinquies Pindarus particulam ὥτε substantivo addidit verbo omisso sensu 'tanquam'. Affero primo locum ubi cod.

Vat. B ὥστε praebet libris CD omissum et a Bergkio iure in ὥτε mutatum: *P.* IV 64 ἡ μάλα δὴ μετὰ καὶ νῦν, ὥτε φοινικανθέμου ἥρος ἀκμῇ, παισὶ τούτοις ὅγδοον θάλλει μέρος Ἀρκεσίλας. X 53 ἐγκωμίων γὰρ ἄωτος ὑμνῶν ἐπ' ἄλλοτ' ἄλλον ὥτε μέλισσα θύνει λόγον ubi rectam lectionem ὥτε liber Gottingensis servavit libris Vaticano (B) Mediceis (DE) ὥστε praebentibus. — *N.* VII 70. 93. Difficilior est denique locus *J.* III 36; sic traditur libris manuscriptis: νῦν δ' αὖ μετὰ χειμέριον ποικίλων μηνῶν ξόφον χθὼν ὥτε (D, ἦτε B) φοινικέοισιν ἄνθησε (B, ἄνθος D) φόδοις δαιμόνων βουλαῖς. Lectio codicis B ἦτε falsa est cum trochaeum metrum requirat. Pauwius igitur ἦτε scripsit, quo cum apud Pindarum non legatur reiecto codicis D lectionem ὥτε retineam. Christius Hartungi coniecturam χειμερίων ποικίλα recipiendam esse dixit quod non probo quae tradita sunt explicari posse ratus. Priusquam autem hoc demonstrare coner Disseni explicatio etiam lectionem traditam retinentis refutanda est. Intellexit enim Dissenius ποικίλων sensu πολυανθέμων et copiam exemplorum affert in quibus similia attributa veri tribuuntur. ποικίλος hoc sensu intellegi posse non nego quanquam malim verbo χθὼν quam μηνῶν hoc tribuere. Sed hoc parvi momenti est. Gravius est hoc: neminem qui hunc locum opinione non prae sumpta legat facere posse dico quin coniungat μετὰ χειμέριον ξόφον ποικίλων μηνῶν quod ineptum sensum efficit. Sed Dissenius ποικίλων μηνῶν explicat analogia genitivorum temporis ut θέρους ἥρος aliorum quod quanquam per se fieri potest tamen ut nunc verba posita sunt rectum esse non adducar ut credam. Qui in voce ποικίλος illam significationem inesse volunt ad coniecturas refugiunt, quorum Hartungius χειμερίων ποικίλα, Rauchensteinius ποικίλως lenius coniecit. Quibus coniecturis verborum collocationem obstare puto. Non possumus verbum ποικίλων inter χειμέριον et μηνῶν ξόφον possum ab his verbis secernere et ad sequentia trahere. Neque vero opus est ut explicationem vel coniecturam probemus in verborum ordinem peccantem cum tradita optime possint explicari. Memores simus eorum quae in v. 18 poeta dixerat αἰῶν δὲ κυλινδουμέναις ἀμέραις ἄλλ' ἄλλοτ' ἔξαλλαξεν ubi scho liastam adeas: ὡς ποικίλαις χρωμένων τύχαις. Si addas vv. 23 s.

34 s. 51 invenies semper eandem sententiam in vita humana omnia fluxa esse. Puto igitur in verbo *ποικίλων* eandem sententiam latere et verba *ποικίλων μηνῶν* Mezgero duce explicanda esse „wèchselvoller Monate“ eo sensu quem in scho-liastae verbis iam allatis ὡς *ποικίλαις χρωμένων τύχαις* esse videmus. Etiam cum explicamus *χειμέριον ποικίλων μηνῶν ξόφον* „hiberna variabilium mensium caligo“ magis tenori Pindarico mihi videtur respondere. Accedit quod lectio *ποικίλα* difficilius in *ποικίλων* mutari potuit quam *ποικίλων* in *ποικίλα*. Nam lectio *ποικίλα* facilior intellectu est quam *ποικίλων* neque putari potest lectionem faciliorem in diffi-ciliorem esse mutatam.

V. Ἀτε.

Ἀτε neutrum pluralis pronominis ὅστε quod pro adverbio neque apud Homerum neque Hesiodum¹⁾ invenitur a Pindaro saepe usurpatum videmus. Particula ἀτε comparativa significat ‘tanquam’, causalis inducit causam obiectivam ‘utpote’. Quae significationes particulae ἀτε etiam apud Pindarum insunt, quarum hic comparativa tantum docenda est, cum de causali in capite III agatur.

Particula comparativa ἀτε a Pindaro semper substantivo additur; uno de loco *P. IV* 30 infra videbimus. *O. I 1. XII 13* νῖε Φιλάνορος, ἥτοι καὶ τεά κεν, ἐνδομάχας ἀτ' ἀλέκτωρ, συγγόνω παρ' ἐστία ἀκλεής τιμὰ κατεψυλλοδόσε ποδῶν κτλ. Intellegas: fili Philanoris, profecto tuus quoque pedum honos sine gloria defluxisset tanquam intus pugnans gallus, vel comparatione compendiaria sublata tanquam honos intus pugnantis galli. — *N. VII* 104 ταῦτα δὲ τοὶς τετράκι τ' ἀμπολεῖν ἀπορία τελέθει τέκνοισιν ἄτε μαψυλάκας Διὸς Κόρωνθος.

Legimus iam particulam ἀτε in fr. 241 (280) *ποτίκολλον ἄτε ξύλον παρὰ ξύλῳ*.

Restat unus locus *P. IV* 29 φιλίων δ' ἐπέων ἄρχετο, ξεινοῖς ἀτ' ἐλθόντεσσιν εὐεργέται δεῖπν' ἐπαγγέλλοντι πρῶτον. ‘Amicisque verbis orditur hospitibus quomodo adventantibus

1) Cf. Kuehner. II § 506 d. 580, 1.

benefici coenam offerunt primum' Boeckhius vertit; similiter Dissenius Mezger. Quae verba quanquam bonum praebent sensum tamen corrupta esse videntur cuius iudicii argumenta ab editoribus allata sunt. Quibus accedit quod particula ἄτε cum verbo finito coniuncta displicet, quae a Pindaro semper substantivo addita est; cf. etiam exempla apud Kuehnerum II § 489, 2. Itaque facere non possum, quin ἄτε hoc loco acc. neutr. plur. pronominis ὅστε esse statuam: 'amicis verbis, qualia etc.' cf. Hom. Λ 779 ξείνια τ' εῦ παρέθηκεν ἀ τε ξείνοις θέμις ἔστιν (nimirum παραθεῖναι). Tum vero verbum δεῖπνα non potest esse rectum. Neque placet verbum ἐπαγγέλλοντι quod apud Pindarum ἀπαξ εἰρημένον esset cum verba ἀγγέλλειν ter et ἀγγελία decies usurpata sint. In praepositione ἐπ — suspicor latere — ες et fortasse mecum verbum ἀνδρες restitues. Legendum igitur puto: φιλίων δ' ἐπέων ἀρχετο ξείνοις ἄτ' ἐλθόντεσσιν εὐεογέται ἀνδρες ἀγγέλλοντι πρῶτον. 'Amicis verbis ordiebatur qualia hospitibus adventantibus viri benefici nuntiant primum.' εὐεογέτης ἀνὴρ Pindarus etiam O. II 104 dixit. Metrum non laeditur, cf. vv. 54, 108. 145.

De particula ἄτε in locis P. II 84. 79. J. VI 51. fr. 145 (109) videas infra (pag. 36—37).

VI. "H.

1. Ponitur particula ἢ comparativa post comparativum saepius nude, semel particula ὡς addita: O. XIII 112 καὶ πᾶσαν κατὰ 'Ελλάδ' εὑρήσεις ἐρευνῶν μάσσον' ἢ ὡς ἰδέμεν. cf. p. 57. Verbum quod traditum est ἰδέμεν vix aptum videtur. Nam Pindarum dixisse: 'per totam Graeciam invenies ampliora quam quae videre possis' nunquam ut credam adducar. Si invenio video quoque. Accedit quod verbum videndi de victoriis in certaminibus reportatis non apte usurpatur. Christi igitur conjectura διύμεν accipias.¹⁾ — P. IV 209 δίδυμαι γὰρ ἔσαν ξωαί, κυλινδέσκοντό τε κραιπνότεραι ἢ βαρυγδούπων ἀνέμων στίχες. N. VII 20. fr. 89 (59) τί κάλλιον ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυμένοισιν ἢ βαθύξωνόν τε Λατώ καὶ

1) Bornemannus (Bursian. 1887 I p. 32 No. 24) ἰδέμεν retinere vult. Neque vero ἰδεῖν significat 'übersehen'.

θοᾶν ἵππων ἐλάτειραν ἀεῖσαι; ubi in primo versu disiunctivam, comparativam in altero habes particulam. fr. 107 (74), 6 ἐλαύνεις τί νεώτερον ἢ πάρος; fr. 280 non affero quippe quo non Pindari verba habeamus.

2. Post verbum *αἰρεῖσθαι* quod comparativi vim habet semel apud Pindarum particulam ἢ usurpatam videmus. N. X 57 ἐπεὶ τοῦτον ἢ πάμπαν θεὸς ἔμμεναι οἰκεῖν τ' οὐρανῷ εἶλετ' αἰῶνα φθιμένον Πολυδεύκης Κάστορος ἐν πολέμῳ. Hanc vitam maluit quam omnino deus esse et in caelo habitare Pollux Castore in bello occiso. Verbum *αἰρεῖσθαι* sensu praefерendi non saepe usurpatur, saepius *βούλεσθαι* cf. Krueger. Di. 49, 2, 3. Kuehner. II § 542, 2, sed etiam in soluta oratione invenimus hunc usum: cf. Xen. Ag. IV 5. Non raro additur μᾶλλον: cf. Plat. apol. 38 E. Gorg. 469 c, saepe. Ceterum coniungo τοῦτον αἰῶνα, non ut Christius explicat αἰῶνα: ‘tempus sempiternum’. Nam ‘tempus sempiternum’ deum esse Pollucem nolle non de industria dicere debebat poeta post verba πάμπαν θεὸς ἔμμεναι, qui enim omnino est deus, etiam tempus sempiternum in caelo habitat. Neque αἰῶνα a verbo εἶλετο secerni potest.

Caput alterum.

De particulis temporalibus.

Coniunctiones temporales a Pindaro usurpantur hae: ὅταν δόποταν ὅτε δόποτε ἀνίκα εὗτ' ἀν εὗτε ἐπεὶ ἐπειδὴ ἐξ οὗ ἐξ οὗπερ ἄσ πρίν.

I. ὅταν δόποταν ὅτε δόποτε.

1. ὅταν δόποταν.

a. c. coni. praeſ.

Particulas temporales ὅταν δόποταν a Pindaro septies cum coni. praeſ. coniunctas videmus, cum coni. aor. quater. Ubi cum coni. praeſ. coniunctae sunt de re agitur quae solet fieri et habemus in apodosi quinquies indicativum praeſentis. Duo sunt exempla orationis obliquae.

O. II 21 ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθέν, ὅταν θεοῦ Μοῖρα πέμπῃ ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλόν. Retineo cum de Jonghio Christio aliis codd. BCD lectionem πέμπῃ aliis πέμψῃ cum A sribentibus, cum praesens multo aptius videatur: eodem tempore moritur malum quo fatum felicitatem mittit.

P. V 1 ὁ πλοῦτος εὐδούσθενής <ἐστιν>, ὅταν τις ἀρετᾶ κεκραμένον καθαρῷ βροτήσιος ἀνὴρ πότμου παραδόντος αὐτὸν ἀνάγῃ πολύφιλον ἔπειταν. II 11. I 3. II 86.

Duo exempla orationis obliquae sunt haec: *O.* XIII 79 ἐννυπνίῳ δ' ἣ τάχιστα πιθέσθαι κελήσατό νιν, ὅταν δ' εὐδούσθενεὶ κραταίποδ' αὐτερύη Γαιαόχῳ θέμεν ἵππείᾳ βωμὸν εὐθὺς Ἀθάνα.¹⁾ *N.* I 67 καὶ γὰρ ὅταν θεοὶ ἐν πεδίῳ Φλέγρας Γιγάντεσιν μάχαν ἀντιάζωσιν, βελέων ὑπὸ δίπασι κείνον φαιδίμαν γαίᾳ πεφύρσεσθαι κόμαν ἔνεπεν. Quoniam vidimus etiam de re futura Pindarum coniunctivum praesentis usurpare (*O.* XIII 81), non opus cum Bergkio scribere ὅταν ἀντιάξωσιν, etsi alias Pindarus aoristo de re futura usus est (cf. *P.* VIII 96. *J.* II 47). Nam Tiresias ὁρθόμαντις (61) optime scit pugnam illam certe futuram esse, cum autem eodem tempore quo Gigantes proelium committunt eorum coma pulvere collinatur, non est cur praesens recte traditum esse negemus. Coniunctivum aoristi de re futura usurpavit poeta, ubi sententiae vis condicionalis inest, cum hoc loco sententia tantum temporalem sensum habeat: tum cum pugna erit quam futuram esse constat.

b. cum coni. aor.

Ubi Pindarus particulas ὅταν et δπόταν cum coni. aor. coniunxit, in apodosi habemus bis indic. praes., semel indic. aor., semel imper. aor. Ter agitur de re quae fieri solet. *P.* VIII 96 ἀλλ' ὅταν αἴγλα διόσδοτος ἔλθῃ, λαμπρὸν φέγγος ἐπεστιν ἀνδρῶν καὶ μείλιχος αἰών. ibid. 8 τὸ δ', δπόταν τις ἀμείλιχον καρδίᾳ κότον ἐνελάσῃ, τραχεῖα δυσμενέων ὑπαντιάξαισα κράτει τιθεῖς ὑβριν ἐν ἀντλῷ. *O.* X. 91.

1) Verbum traditum ἀναρόνη quod sensui non respondet neque ante Hippocratem et Cratinum invenitur a Boeckhio iure in αὐτερύη mutatum est. ἀναρόνη defendere studet Mommsenius (annott. critt. suppl. p. 173 s.).

J. II 47 ταῦτα, Νικάσιππ', ἀπόνειμον, δταν ξεῖνον ἐμὸν
ἡθαῖον ἔλθης.

2. ὅτε ὁπότε.

a. cum indic. imperf.

Particulas ὅτε et ὁπότε cum ind. imp. quater coniunxit Pindarus. Non agitur de re quae fieri solet neque de re iterata sed tempus indicatur quo ea quae in apodosi dicuntur fiunt. In apodosi reperimus ter ind. aor., semel infin. praes. a verbo φαντί pendentem.

O. I 69 πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον, ἐτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον. IX 97. fr. 88 (58), 2. O. VII 54 φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιὰν φήσιες, οὕπω ὅτε χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι, φανερὰν ἐν πελάγει Ρόδον ἔμμεν ποντίῳ κτλ.

b. cum ind. aor.

Multo saepius (terdecies) particulas ὅτε et ὁπότε apud Pindarum cum ind. aor. coniunctas videmus. Non opus est locos exscribere, satis puto structuras afferre. Semel (O. I 41) apodosis particula τότε inducitur. Ind. aor. habemus in apodosi octies (P. II 26. IV 224. J. VII 10. O. I 21. IX 72. P. VIII 41. XI 18. O. I 38, ubi structura est: φθέγξομαι . . . ὁπότε ἐκάλεσεν τότε ἀρπάσαι Neptunum), indic. imperfect. verbi ἀτεν bis (P. III 90. XII 10), indic. plusquam. ἐμέμναντο sed sensu imperfecti semel (J. VIII 27 [VII 30]). Uno de loco admodum difficiili J. I 24 pauca dicenda sunt, de quo viri docti multa disseruerunt neque vero dici potest litem esse diiudicatam. Quod doctissimis non contigit a tirone non postulabitur, tamen dicam quae sentiam. Sermo fit de Castore et Iolao, quorum virtutem et gloriam in certaminibus reportatam poeta praedicat. Iam pergit (22): λάμπει δὲ σαφῆς ἀρετὴ ἐν τε γυμνοῖσι (Tricl., γυμνοῖς BD) σταδίοις σφίσιν ἐν τ' ἀσπιδούποισιν δπλίταις δρόμοις. Quae verba clara sunt sed iam legimus: οἴά τε (οἶς τε D) χερσὶν ἀκοντίζοντες αἰχμαῖς (sic codd.) καὶ λιθίνοις δόπτε δίσκοις ἵεν.

Boeckhius αἰχμαῖς scribens vertit: 'utque fulgebat manibus iaculantes hastis et saxeorum quando in ludo discorum

iaciebant'. Similiter Dissenius: 'ut splendebant manibus iacula mittentes quumque discis certarent'. Quorum explicationi obstat quod Castora et Iolaum 'manibus splendere' frigide diceretur neque quisquam qui verba legit facere potest quin $\chi\epsilon\sigma\iota\nu$ cum $\alpha\kappa\omega\tau\iota\xi\omega\tau\epsilon\varsigma$ coniungat. Neque vero Mezgero assentiri possum scholiastam secuto explicanti: „und wie schleuderten sie mit ihren Händen, wenn sie mit Lanzen warfen und mit steinernen Diskusscheiben.“ Suppleri igitur vult $\iota\epsilon\nu$ etiam ad verba $\text{o}\bar{\iota}\alpha\tau\epsilon$ quod fieri posse nemo credit. Ter enim in his paucis verbis notionem iaculandi haberemus: $\text{o}\bar{\iota}\alpha\tau\epsilon \iota\epsilon\nu — \alpha\kappa\omega\tau\iota\xi\omega\tau\epsilon\varsigma — \delta\pi\omega\tau\epsilon \iota\epsilon\nu$. Buchholzius¹⁾ non bene supplet $\ddot{\epsilon}\lambda\alpha\mu\psi\epsilon\nu$ $\dot{\alpha}\varrho\epsilon\tau\alpha$ $\sigma\varphi\iota\sigma\iota\nu$: immo propter nominativum $\alpha\kappa\omega\tau\iota\xi\omega\tau\epsilon\varsigma$ supplebis $\text{o}\bar{\iota}\alpha\tau\epsilon$ $\ddot{\epsilon}\lambda\alpha\mu\psi\alpha\varsigma$. Iam interpretum alii $\alpha\iota\chi\mu\alpha\varsigma$ scribi volunt, ut Pauwius Hartungius alii, Christius $\alpha\iota\chi\mu\alpha\varsigma$ et mox $\lambda\iota\theta\iota\nu\omega\varsigma$ $\delta\iota\sigma\kappa\omega\varsigma$ pro accusativis Aeolicis haberri vult. Graecos potuisse dicere $\alpha\kappa\omega\tau\iota\xi\epsilon\iota\nu$ $\alpha\iota\chi\mu\alpha\varsigma$ constat: cf. Hom. x 121 $\chi\epsilon\eta\mu\alpha\delta\iota\omega\iota\sigma\iota\nu$ $\beta\acute{\alpha}\ll\omega\omega$. Similiter noster N. I 18 $\pi\omega\ll\omega\omega$ $\dot{\epsilon}\pi\epsilon\beta\alpha\omega$ $\kappa\alpha\iota\delta\omega$ $\text{o}\nu$ $\psi\epsilon\eta\delta\omega\epsilon\iota$ $\beta\acute{\alpha}\ll\omega\omega$. O. X 72 $\ddot{\epsilon}\delta\omega\kappa\epsilon$ $\pi\epsilon\tau\omega\omega$ (ubi Christius non recte explicat), cf. Dissen ad N. I 18.²⁾ Sed $\alpha\kappa\omega\tau\iota\xi\epsilon\iota\nu$ cum duobus dativis $\chi\epsilon\sigma\iota\nu$ et $\alpha\iota\chi\mu\alpha\varsigma$ posse coniungi vix putamus. Neque vero locutionis $\delta\iota\sigma\kappa\omega\varsigma$ $\iota\epsilon\nu\omega\iota$ certum aliud possum afferre exemplum.

Restat igitur ut accusativos esse putemus $\alpha\iota\chi\mu\alpha\varsigma$ et $\lambda\iota\theta\iota\nu\omega\varsigma$: cf. quae Christius hanc sententiam ut tueatur dicit. Nostra plus interest quod sequitur; $\kappa\alpha\lambda$ $\lambda\iota\theta\iota\nu\omega\varsigma$ $\delta\pi\omega\tau\epsilon$ $\delta\iota\sigma\kappa\omega\varsigma$ $\iota\epsilon\nu$, quod peccat in metrum quod hoc esse debet:

— ˘ ˘ — ˘ ˘ — ˘ — ˘ ˘ .

Apud Pindarum enim ad exemplum Homeri vocalem ε finalis vi caesurae esse productam ut nonnulli censuerunt, non est cur credamus, cum nullum aliud exemplum exstet. Varia igitur conati sunt viri docti: δπότ' αὐ Kayseri non placet, δπότ' ἐν Boeckhius coniecit, cuius locutionis nullum certum inveniri potest exemplum. Ego Bergkii coniecturam probo δπότ' ἐκ, ἐκ χερῶν οὐνού ut ipse explicat. Quae coniectura lenis

1) Anthologie aus den Lyrikern der Griechen. Heft II.

2) Cf. Theocr. V 88 $\beta\acute{\alpha}\ll\omega\omega$ $\kappa\alpha\lambda$ $\mu\acute{\alpha}\ll\omega\omega\iota\omega\iota$ $\tau\omega\omega$ $\alpha\iota\pi\omega\ll\omega\omega$ $\dot{\alpha}$ $\kappa\lambda\epsilon\omega\ll\omega\omega\iota\omega\iota$.
ib. 49 $\beta\acute{\alpha}\ll\omega\omega$ $\delta\epsilon$ $\kappa\alpha\lambda$ $\dot{\alpha}$ $\pi\iota\tau\omega\omega$ $\dot{\alpha}\psi\omega\theta\omega\iota$ $\kappa\omega\ll\omega\omega$.

est et imaginem iuvenis discum e manibus mittentis optime nobis depingit.

c. cum coni. aor.

Particulam ὅτε cum coniunctivo coniunctam iam apud Homerum saepe reperimus: cf. Kruegeri synt. 54, 17, 4 (3) et Friedlaenderum de coniunctionis ὅτε apud Homerum vi et usu p. 69 ss.¹⁾ Ex Pindaro Krueger ille γραμματικώτατος nulla attulit exempla quanquam fortasse duo exstant. Unum est fr. 75 (45) a Dionysio (de comp. verb. 22) servatum, ubi codex F (Laur. LIX 15, saec. XII) hanc lectionem praebet: ἐν ἀλγεα τεμέων τε μάντιν οὐ λανθάνει φοίνικοσάων δπότε οἰχθόντες ὥραν θάλαμοι εύόδμον ἐπάγοισιν ἔαρ φυτὰ νεκτάρεα. Addam Parisini 1741 (P. saec. XI) lectionem: ἐν αογέα νεμέα (vel νεμέω) μάντιν οὐ λανθάνει φοίνικος ἐανῶν δπότ' οἰχθέντος Ὦραν θαλάμον εύοδμον ἐπαΐωσιν ἔαρ φυτὰ νεκτάρεα. Vides verba admodum esse corrupta. Heynius scripsit: ἐν Ἀογείᾳ Νεμέᾳ μάντιν οὐ λανθάνει φοίνικος ἔονος, quam lectionem Boeckhius quamquam se subtilitates spernere dicit (expl. p. 578) tam argute defendere studet, ut hae argutiae ipsae Heyni conjecturam falsam esse declarant. Neque etiam Dissenius vero propius accessit qui Boeckhium sensum illorum verborum eximie enucleavisse dicit. Usenero demum debemus ut lectionum Dionysiacaum notitiam ita praeclararum verborum corruptorum emendationem. Scripsit enim vir doctissimus²⁾ ἐναογέα τελέων σάματ' οὐ λανθάνει et mox ἐπάγησιν. Etsi igitur hic coniunctivum a particula δπότε pendentem conjectura restitutum videmus tamen alterius loci auctoritate firmatur neque post praesens λανθάνει non aptus est. Illi δπότε respondet mox τότε.

Alterum exemplum est fr. 225 (247) δπότε θεὸς ἀνδρὶ χάρμα πέμψῃ, πάρος μέλαιναν κραδίαν ἔστιν φέλιξεν, ubi Bergkius ex schol. Vindob. δπόταν recepit. Praeter hos duos locos nullum apud Pindarum invenitur exemplum particulae δπότε cum coniunctivo coniunctae neque neglegendum fragmenta illa non sine ulla dubitatione tradita esse.

1) Neque non apud Herodotum et tragicos: Krueger l. l. 54, 17, 6 (3).

2) Mus. rhen. XXIII 149.

d. c. indic. fut.

Unum exstat exemplum. *O.* II 33 traditum est: *ἡτοι βροτῶν γε κέκριται πεῖρας οὐ τι θανάτου, οὐδ' ἀσύχιμον ἀμέραν δπότε, παῖδ' ἀελίου, ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ τελευτάσομεν.* Lis exstitit inter doctos de particula δπότε. Dicit poeta haec: terminus mortis hominum incertus est. Ergo mors incerta est, et quando et quomodo obituri simus. Quae duae sententiae et ‘quando’ et ‘quomodo’ verbis inesse possunt. Mortem incertam esse non admodum mirum est, sed in vita ipsa omnia incerta sunt.

Putamusne poetam dixisse etiam hoc esse incertum, quando tandem unum diem plane iucundum atque felicem peracturi simus? Numquam ut credam adducar. Quando peracturi simus illum diem, nihil omnino attinet. Accedit quod, si quaeritur ‘quando’ sine dubio praeiudicatur nos illum diem peracturos esse. Quae sententia a poeta aliena est: plane contrarium vult dicere. Sunt enim in vita mortalium omnia incerta; ergo poeta debet pergere: etiam hoc incertum est, num quando talem diem peracturi simus. Quam sententiam optimo iure Boeckhius postulavit εἰπότε exspectans. Sed quae iam addit non probo, poetam enim voluisse etiam de tempore dicere: incertum est quando obituri simus, simul tamen id admiscuisse an tum quando obituri simus, integra affutura sit felicitas. De morte omnino non iam sermo est, verba nihil dicunt nisi ‘unum diem plane felicem peragere’. Et putat poeta plane incertum esse, num quando hoc nobis contingat. Duas igitur habemus sententias in Pindari verbis (vv. 33—36); primam: mors mortalium incerta est; alteram: atque etiam hoc incertum est, num (donec vita fruimur) diem peracturi simus, qui plane faustus vocari possit.

Cui sententiae cum particulam traditam δπότε non satisfacere appareat, Boeckhianum εἰπότε vero proprius accedit neque tamen verum est, cum in metrum peccet, quippe quod tribachyn poscat. Proposuit autem Herwerdenus πότερα quam ingeniosam et lenem coniecturam Christius iure recepit. Iam difficultas sublata est neque debeo enumerare, quomodo Thierschius¹⁾ Dissenius Hermannus²⁾ Mezger Karstenius de

1) Act. phil.. Monac. I 2, 207.

2) Ad Viger. p. 918.

Longhius alii particulam δπότε explicare studeant. A Pindaro igitur δπότε cum ind. fut. non coniungitur.

e.

Restat ut dicamus Pindarum semel locutione ἡν δτε usum esse cum indic. imp. fr. 83 (51) ἡν δτε σύας τὸ Βοιώτιον ἔνεπον (sic Strabo VII 321, ἔλεγον schol. Pind. O. VI 152).

Locutione ἔσθ' δτε verbo omissio Pindarus usus est bis. fr. 180 (172) ἔσθ' δτε πιστοτάτα σιγᾶς δδός (sc. ἔστιν), si Sylburgius recte coniecit. O. XI 1 ἔστιν ἀνθρώποις ἀνέμων δτε πλεῖστα χρῆσις, ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων κτλ., id est ἔστιν δτε πλεῖστα χρῆσις <ἔστιν> ἀνέμων, ἔστιν δ' δτε οὐρανίων ὑδάτων <πλεῖστα χρῆσις ἔστιν>. cf. Hermannum ad Viger. p. 919.

II. Ἀνίκα.

Particula ἄνίκα quae apud Homerum semel (χ 198) reperitur¹⁾ Pindarus sexies usus est, semper cum indicativo coniuncta.

1. cum ind. prae.

fr. 218 (239) 1 ἀνίκ' ἀνθρώπων παματωδέες οἶχονται μέριμναι στηθέων ἔξω (ἔξωθεν Athen. XI 782 d), πελάγει δ' ἐν πολυχρόνῳ (πολυχρόνου Athen.) πλούτον πάντες ἵσα νέομεν ψευδῆ πρὸς ἀκτάν. Non licet pro certo affirmare apodosis utrum in verbis sequentibus δς μὲν ἀχοήμων usque ad πλοντέοντες lateat an in verbis quae ante fragmentum nobis traditum fuerunt. Utrumque potest cogitari. Malim tamen putare apodosin in versibus non traditis fuisse et a versu quarto novam sententiam antecedentia illustrantem incipere.

2. cum ind. imperf.

Exempla sunt duo; in utroque in apodosi indic. aoristi positus est.

O. IX 29 ἐπεὶ ἀντίον πῶς ἀν τριόδοντος Ἡρακλέης σκύταλον τίναξε χερσίν, ἀνίκ' ἀμφὶ Πύλον σταθεὶς ἥρειδε Ποσειδᾶν ἥρειδέν τέ νιν ἀργυρέω τόξῳ πολεμίζων Φοῖβος, οὐδ' Ἄιδας

1) Ergo corrigendus est Krueger. Di. 54, 16, 1.

ἀκινήταν ἔχε δάβδον; P. I 47 ἦ κεν ἀμνάσειεν, οἵαις ἐν πολέμοισι μάχαις τλάμονι ψυχῇ παρέμειν', ἀνίχ' εὐρίσκοντο θεῶν παλάμαις τιμάν κτλ.

3. cum ind. aor.

Tria sunt exempla, semel (O. VII 32) in apodosi ind. imperf. reperimus, bis aoristi.

O. VII 35. J. VII (VI) 1 sq. P. IV 24 ἀνίχ' ἄγκυραν ποτὶ χαλκόγενυν ναῖς κοημάντων ἐπέτοσσε, θοᾶς Ἀργοῦς χαλινόν. Apodosin malim in verbis antecedentibus quaerere quam verbis δώδεκα δὲ usque ad ἀνσπάσσαντες ἀμοῖς pro parenthesi habitis apodosin a v. 28 incipere putare particula τοντάκι inductam quae a poetis usurpatum pro vulgari τότε vel τηνίκα: cf. Theogn. 842. Ar. pac. 1045. Apud Pindarum etiam P. IV 255. IX 14. fr. 320 (283). τηνίκα non est apud Pindarum.

III. Εὗτε.

Εὗτε sensu particulae ὅτε apud poetas tantum et Herodotum invenitur: cf. Kuehner. II 506, 3 e. Pindarus particula εὗτε sexies usus est.

1.

Ac primum quidem usurpat particulam εὗτε de re praeterita duobus locis, quorum in primo particulam εὗτε ind. imp. sequitur, in altero aoristi. In utroque apodosis indic. aor habet.

a. c. ind. imp. O. III 26 ἐνθα Λατοῦς ἵπποσόα θυγάτηρ δέξατ' ἐλθόντ' (sc. Herculem) Ἀρκαδίας ἀπὸ δειρᾶν καὶ πολυγνάμπτων μυχῶν, εὗτέ μιν ἀγγελίαις Εὐρυσθέος ἐντυν' ἀνάγκα κτλ.: cum eum necessitas impelleret.

b. c. ind. aor. N. VI 50 (57) βαρὺ δ' ἔμπεσέ σφι νεῦκος χαμαὶ καταβὰς Ἀχιλεὺς ἀφ' ἀρμάτων, φαεννᾶς νῖὸν εὗτ ἐνάριξεν Ἄόος ἀκμῇ ἔγχεος ζακότοιο.

2.

Deinde particulam εὗτε videmus a Pindaro usurpatam cum de re agitur quae solet fieri, ubi habemus εὗτ' ἀν c. coni. aor. Huius quoque usus duo exstant exempla; in apodosi ind. praes. reperitur.

P. III 106 ὅλβος οὐκ ἐσ μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται σῶς (? coni. Emperius, codd. ὅς), πολὺς εὗτ' ἀν ἔπηται. fr. 123 (88) 8 ἀλλ' ἐγὼ θεᾶς ἔκατι, κηρὸς ὡς δαχθεὶς ἔλαφος ἰρᾶν μελισσᾶν, τάκομαι, εὗτ' ἀν ἵδω παιδὸς νεόγυνιον ἐσ ἥβαν (si Schneidewini et Bergkii coniecturas sequimur).

3.

Denique εὗτ' ἀν c. coni. aor. bis usurpatum de re futura.
O. VI 65

ἔνθα οἱ ὄπασε θησαυρὸν δίδυμον
μαντοσύνας, τόκα μὲν φωνὰν ἀκούειν
ψευδέων ἄγνωστον, εὗτ' ἀν δὲ θρασυμάχανος ἐλθὼν
Ἡρακλέης, σεμνὸν θάλος Ἀλκαϊδᾶν, πατρὶ¹
έοτάν τε πτίσῃ πλειστόμβροτον τεθμόν τε μέγιστον ἀέθλων,
Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ τότ' αὖ χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν.

Videmus cum ea quae interiecta sunt longa sint, apodosin particulis τότ' αὖ incipere, quae illis εὗτ' ἀν respondeant. — P. IV 75

τὸν μονοκρήπιδα πάντως ἐν φυλακῇ σχεθέμεν μεγάλα,
εὗτ' ἀν αἰπεινῶν ἀπὸ σταθμῶν ἐσ εὐδείελον
χθόνα μόλῃ πλειτᾶς Ἰωλκοῦ.

In utroque exemplo habes orationem obliquam. Apodosis est infin. aoristi a verbo ἐκέλευσεν sive a voce μάντευμα pendens.

IV. ἐπεὶ, ἐπεὶ πάμποτον, ὡς, ἐπεὶ τάχα.

Agamus hic de particula ἐπεὶ temporali, de causali infra. Quamquam non semper facile dictu est, temporalis an causalis sit. Primum eos locos afferam, in quibus ἐπεὶ sine dubio particula temporalis est, deinde de dubiis verba faciam. In his exemplis ubi ἐπεὶ sine dubio temporale est, habes in protasi semper indic. aor., in apodosi indic. aor. duodecies, imperfecti quater.

1. ἐπεὶ c. ind. aor. — ind. aor.

Semel incipit apodosis a particula τότε (P. III 38), semel apodosis ipsa pendet (N. I 35), semel in apodosi indic. aor.

praesens κεῖται sequitur (N. VII 35). Non omnes exscribam locos.

O. VI 57 τερπνᾶς δ' ἐπεὶ χρυσοστεφάνοιο λάβεν καρπὸν Ηβας, Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβὰς ἐκάλεσσε Ποσειδᾶν' εὐρυβίαν. P. III 38 ἀλλ' ἐπεὶ τείχει θέσαν ἐν ξυλίνῳ σύγγονοι κούραν, σέλας δ' ἀμφέδραμεν λάβοντας Ἀφαίστου, τότ' ἔειπεν Ἀπόλλων. O. VI 47. P. IV 188. ἐσ δὲ Ἰωλκὸν ἐπεὶ κατέβα ναυτᾶν ἄωτος, λέξατο πάντας ἐπαινήσας Ἰάσων. O II 87 (79) Ἀχιλλέα τ' ἔνεικ', ἐπεὶ Ζηνὸς ἥτορ λιταῖς ἐπεισε, μάτηο. O. VI 14. X 26. P. IX 80. XI 33. N. I 35. VII 35. X 14. In his locis ἐπεὶ particulam temporalem esse non facile quisquam negabit, sed restant quattuor loci, de quibus dubitari potest. In apodosi semper ind. aor. legitur. O I 25 τοῦ μεγασθενῆς ἐράσσατο γαιάοχος Ποσειδᾶν, ἐπεὶ νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε Κλωθὼ ἐλέφαντι φαίδιμον ὕμον κεκαδμένον. Boeckhius de Jonghius Rumpelius alii particulam temporalem esse dicunt, plures ut Dissenius Rauchensteinus Schmidtius Mezger alii causalem. Si cum illis vertimus: Neptunus amavit Pelopem, postquam eum splendido lebete exemit Clotho ebore in nitido humero ornatum (Boeckh.), hoc mihi fere ridiculum videtur, nam antequam eum Clotho ex lebete exemisset, id est antequam natus esset Pelops, neque Neptunus eum amare potuit. Neque vere supervacanea sunt verba si ea causam continere putamus, cur Neptunus Pelopem amaverit. Amavit enim Neptunus puerum propter colorem et pulchritudinem, qua inde a prima infantia splendebat. Nam utut de illo humero ebore splendente censes, sive humerum eburneum fuisse sive candore eburneo nitidum fuisse mavis putare, id constat his verbis pulchritudinem pueri formosi intellegendam esse. Et propter hanc pulchritudinem Neptunus puerum amavit. Particulam ἐπεὶ igitur causalem esse censeo.

O. VIII 37 γλαυκοὶ δὲ δράκοντες, ἐπεὶ κτίσθη νέον, πύργον ἐσαλλόμενοι τρεῖς, οἱ δύο μὲν κάπετον, αὖθι δ' ἀτυξομένῳ ψυχᾶς βάλον. Agitur de muro Troiano a Neptuno Apolline Aeaco aedificato. Oritur iam quaestio, utrum ἐπεὶ κτίσθη νέον, an ἐπεὶ κτίσθη, νέον πύργος sit legendum. Illud praebet cod. C, quem secuti sunt Boeckhius dicens 'νέον pertinet ad verbum κτίσθη, quum recens condita esset turris', Rum-

pelius (p. 309) Mezger Hom. π 26 § 112 laudans. Apud Pindarum aliud huius usus exemplum quanquam non invenio, tamen poetam sic esse locutum vix negandum est, cum Graecos saepissime neutro adiectivi pro adverbio usos esse constet.¹⁾ Accedit quod sententia melior esse videtur voce νέον cum verbo coniuncta. Nam murum illum ‘novum’ esse poeta non de industria addere debet, nam hoc de omnibus muris vix perfectis dicendum est. Neque vero putare possumus Apollinem Neptunum Aeacum diu post aedificatum murum mansisse, sed ubi primum aedificatus est murus, tum prodigium fuit. Quod optime exprimitur si ἐπεὶ κτίσθη νέον coniungimus.²⁾

P. V 57 κεῖνόν γε καὶ βαρύκομποι λέοντες περὶ δείματι φύγον, γλῶσσαν ἐπεὶ σφιν ἀπένεικεν ὑπερποντίαν. ‘Leones prae timore fugerunt, vocem quando ipsis attulit transmarinam’ Boeckhius vertit. Contra Rumpelius et Christius particulam ἐπεὶ causalem esse censem. Habemus iam exemplum eius usus particulae ἐπεὶ quo et temporalis et causalis esse potest. Sane Battus prius clamare debuit quam leones fugarent: particula temporalis est; sed etiam quod Battus clamabat, causa erat, cur leones fugerent: particula causalis est. Cuiusmodi in exemplis particulam ἐπεὶ melius voce ‘cum’ vertendum esse puto, quae et temporalis et causalis esse potest. Similis est denique locus P. V 83 σὺν Ἐλένᾳ γὰρ μόλον, καπνωθεῖσαν πάτραν ἐπεὶ Φίδον ἐν Ἀρει.

Semel invenies apud Pindarum ἐπεὶ πάμπρωτον: P. IV 111 τοὶ μ’, ἐπεὶ πάμπρωτον εἶδον φέγγος, . . . ιούβδα πέμπον σπαργάνους ἐν πορφυρέοις: ubi primum lucem vidi.

Particula ὡς temporalis semel apud Pindarum reperitur: O. I 47 ὡς δ’ ἄφαντος ἐπελες, οὐδὲ ματῷ πολλὰ μαιόμενοι φῶτες ἄγαγον, ἔννεπε ιουφᾶ τις κτλ.³⁾

1) Cf. Krueg. 46, 3, 2.

2) Mommsenio (suppl. ann. critt p. 104 s.) non assentior explicanti: ‘recens assaltantes tres, deciderunt duo, unus vero rem obtinuit.’ Hoc nihil attinet, sed vix erat constructus murus, tum prodigium fuit. Etiam verborum ordinem Mommseni explicationem vetare puto.

3) ἐπεὶ τάχα in fr. 51. Schneidewinus (Beiträge zur Kritik der Poetae lyrici Graeci p. 82) ex conjectura restituit.

V.

Locutione ἐξ οὗ relativa nusquam usus est Pindarus, semel dicit ἐξ οὐπερ c. ind. imp. *O.* II 42.

Praeter hoc unum exemplum ἐξ οὗ apud Pindarum bis demonstrativo sensu videmus: *O.* VI 71. IX 76.

Coniunctiones ἔστε ἄχοι μέχοι apud Pindarum non inveniuntur¹⁾), semel usus est particula ἔως, nimirum Dorica forma ἂς: *O.* X 50 πρόσθε γὰρ νώνυμος, ἂς Οἰνόμαος ἄρχε, βρέχετο πολλᾶ νιφάδι.

VI. Πρὸ.

Πρὸ apud Pindarum et coniunctio et adverbium et praepositio est. Nobis tantum de coniunctione agendum erit.

Apodosis semper affirmativa est. Saepius *πρὸ* coniunctionem cum infin. aor. coniunctam videmus, ter cum indic. aoristi.

1. cum infin. aor.

Πρὸ ubi cum infin. aor. coniunxit poeta aut de re praeterita agitur aut sententia generalis exprimitur.

a. de re praeterita agitur. *P.* III 8. IX 113. *N.* VII 73. VIII 50 ἦν γε μὰν ἐπικάμιος ὕμνος δὴ πάλαι καὶ πρὸ γενέσθαι τὰν Ἀδράστου τάν τε Καδμείων ἔριν. IX 26. Habes in apodosi semper affirmativa quater indic. aoristi, semel imperfecti (ἦν, *N.* VIII 50).

b. sententia generalis exprimitur. Duo exstant exempla. *J.* III 49 (IV 31) ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας καὶ μαρναμένων, πρὸ τέλος ἄκρον ἵκεσθαι. — *P.* II 90 στάθμας δέ τινος ἐλκόμενοι περισσᾶς ἐνέπαξαν ἔλκος ὁδυναρὸν ἐῇ πρόσθε καρδίᾳ, πρὸ ὅσα φροντίδι μητίονται τυχεῖν. Pauca dicenda sunt de hoc diffcili loco. Loquitur Pindarus de invidis atque malignis, quos dicit antequam quod cupiant impetraverint volnus cordi suo infligere. Quae sunt clara, sed quid volunt verba στάθμας δέ τινος ἐλκόμενοι περισσᾶς varie ab editoribus explicata? Ego quidem Boeckhianam probo sententiam quae supplenda est eis quae Hermannus disseruit (*op.* VII p. 121 s.). Dicit

1) Particulam ὅφρα quam apud alios de tempore non semel stare notum est, Pindarus non nisi sensu finali usurpavit.

poeta invidos immoderatis laboribus nihil nisi sibi ipsis damnum afferre. Similes sunt invidi puerorum διελκυστίνδα ludentium. Donec uterque paribus viribus funem trahit, nihil damni accipit. Si alter paullo fortius attrahit victoriam reportat neque ipse laeditur. Ubi vero studens victoriam reportare subito omnibus viribus funem attrahit vincet fortasse sed ipse damnum accipiet quod adversarius hanc ingentem vim non exspectans trahitur ita ut victor ipse cadens vulneretur. Funis longus brevisne sit nihil omnino attinet, quam vehementer alter attrahat, interest. Quae si recta sunt sequitur lectionem περισσᾶς falsam in περισσῶς mutandam esse. Ut puer si nimis intente funem attrahit sibi ipsi nocet sic invidi immodicis laboribus nihil aliud impetrant, nisi ut ipsis cordi infligant volnus. Haec est comparatio, sed verbis ἔλκος ἐνέπαξαν ἐξ πρόσθε καρδίᾳ noto usu comparationem relinquit poeta.

c.

Semel etiam de tempore praesente usurpatam videmus a Pindaro particulam ποὶν cum infin. coniunctam. *N.* VIII 19 ἴσταμαι δὴ ποσὶν κούφοις ἀμπνέων τε ποίν τι φάμεν.

2. cum indic. aor.

Ter invenimus particulam ποὶν cum indic. aor. coniunctam; apodosis affirmativa est. *O.* IX 57 ποὶν Ὄλύμπιος ἀγεμῶν θύγατρ' ἀπὸ γᾶς Ἐπειῶν Ὀπόεντος ἀναρπάσαις ἔκαλος μίχθη Μαιναλίαισιν ἐν δειραῖς καὶ ἐνεικεν Λοκοῷ κτλ. Boeckhius ποὶν manifeste 'olim' esse putat neque non Dissenius.¹⁾ Mommsenius recte ποὶν coniunctionem intellegens ad verba antecedentia (56) retulit. De ceteris difficultatibus quibus locus laborat, hic non est dicendum. — *O.* XIII 63 ὅς τᾶς ὁφιώδεος νιόν ποτε Γοργόνος ἦ πόλλ' ἀμφὶ κρουνοῖς Πάγασον ζεῦξαι ποθέων ἐπαθεν, ποίν γέ ξοι χρυσάμπυκα κούρα χαλινὸν Παλλὰς ἤνεγκεν. *N.* IV 25 ξὺν ὡς ποτε Τροῖαν κραταιὸς Τελαμῶν πόρθησε . . . οὐ τετραορίας γε ποὶν δυάδεκα πέτρῳ ἥρωάς τ' ἐπεμβεβαῶτας ἵπποδάμους ἔλεν δὶς τόσους κτλ.

1) Adverbium ποὶν habes *J.* VIII 68 (VII 75). fr. 79 (47) 1. *P.* XI 39 (*τοποὶν*). Praepositionis loco habes ποὶν semel: *P.* IV 43. cf. Viger. p. 442.

Caput tertium.

De particulis causalibus.

I. Ἐπεὶ.

De ἐπεὶ particula temporali diximus in capite altero, nunc de causali agendum est. Ἐπεὶ aut novam sententiam affert: paratactica est particula, latine ‘nam’, aut sententia a particula ἐπεὶ incipiens ab antecedente pendet: hypotacticam habemus particulam, latine ‘quod, quandoquidem’. Pindarus coniunctionem ἐπεὶ semper cum indicativo coniunxit.

Ac primum quidem de paratactica particula ἐπεὶ dicam, quam in his locis reperiri censeo. De exemplo *O.* I 25 iam supra p. 27 pluribus disserui. *O.* I 81 quaerit Pelops victoriam a Neptuno ἐπεὶ τρεῖς τε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσαις ματῆρας (*Bergk*ius, *μναστῆρας* codd.) ἀναβάλλεται γάμον θυγατρός. X 88 ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λαχῶν ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον θνάσκοντι στυγερώτατος. *P.* III 34 (πέμψεν κασιγνήταν ἐς Λακέρειαν.) ἐπεὶ παρὰ Βοιβιάδος κρημνοῖσιν φύκει παρθένος. IX 108 ἐπεὶ θαητὸν εἶδος ἔπλετο. *N.* IV 31 ἐπεὶ φέζοντα τι καὶ παθεῖν ἔοικεν. *O.* II 108. III 6. IV 15. VII 90. IX 37. *N.* VI 23. 46. VII 22.¹⁾ 93. X 51. 57. *J.* I 10. 45. II 45. VIII 64. 67 (VII 69. 74). fr. 169 (151), 5. Ante particulam interrogativam videmus ἐπεὶ positum bis: *O.* IX 29. *P.* VII 5.

Non potest negari non semper inter particulam ἐπεὶ paratacticam et hypotacticam certe diiudicari posse. Neque magni momenti est, cum magis interpunctionis quam sensus sit. — Hypotacticam particulam ἐπεὶ malim his locis intellegere. *O.* VI 25 κεῖναι γὰρ ἐξ ἀλλαν ὅδὸν ἀγεμονεῦσαι ταύταν ἐπίστανται, στεφάνους ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐπεὶ δέξαντο. VII 61. XIV 4 κλῦτ', ἐπεὶ εὔχομαι. *P.* II 35 εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ'

1) Voce ψεύδεσιν non vult vituperare poeta Homerum. Recte explicat Christius neque vero illum locum attulit, ex quo maxime apparet, quid significet illud ψεῦδος: Hes. theog. 27 (Musae loquuntur) ἵδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Cf. Hom. τ 203. Theogn. 713.

ἀθρόαν ἔβαλον ποτὶ κοῖτον λόντ', ἐπεὶ νεφέλᾳ παρελέξατο,
ψεῦδος γλυκὺ μεθέπων, ἀιδοις ἀνήρ. IV 122. J. VIII 31
(VII 33).

Particula γέ addita est semel (*O.* IX 37), τοί semel (*J.* II 45). Tempora si quaeris, coniungitur ἐπεὶ cum ind. imperf. semel (*P.* III 34), praesentis terdecies, aoristi sedecies. Particula ἐπειδὴ semel usus est Pindarus: *J.* VIII (VII) 7 πανσάμενοι δ' ἀπράκτων κακῶν γλυκύ τι δαμωσόμεθα καὶ μετὰ πόνουν, ἐπειδὴ τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς γε Ταντάλου λίθον παρά τις ἔτρεψεν ἄμμι θεός.

II. Ὁτι.

Particula ὅτι causal is apud Pindarum saepe invenitur, sed praeter unum exemplum, ubi post verbum affectum exprimens posita est, semper post alia verba reperitur causam addens eius quod in antecedentibus dictum est. Illud unum exemplum est *N.* V 46 χαίρω δ', ὅτι ἐσλοῦσι μάρναται πέρι πᾶσα πόλις.

Ceteros locos a Rumpelio nullo ordine allatos secundum tempora distribuam.

1.

Ὅτι c. ind. praes. invenitur ter, in apodosi habes ind. praes. semel (*O.* III 39), semel prohibitivum μὴ c. imp. praes. *J.* II 43, semel coni. aor. adhort. (*P.* X 69).

2.

ὅτι c. ind. aor.: quinquies. In apodosi ind. praes. bis (*O.* I 62. *P.* VIII 58), imp. praes. semel (*J.* VIII [VII] 5), ind. aor. semel (*O.* X 31), ind. perf. semel (*P.* II 73).

3.

ὅτι c. ind. perf.: semel (*P.* V 20); in apodosi ind. praes.¹⁾

4.

ὅτι c. ind. plusquam.: semel. *O.* VIII 33. in apodosi ind. aor. Particula ὅτι postposita est: ἢν ὅτι νιν πεπρωμένον.

1) De *P.* V 15 videas infra p. 33).

5.

ὅτι c. ind. fut.: semel. fr. 107 (74), 18. In apodosi ind. praes.¹⁾

6.

Non tam causalem quam explicativam esse particulam ὅτι censeo in his locis: *P.* II 30 αἰ δύο δ' ἀμπλακίαι φερέπιονοι τελέθοντι· τὸ μὲν ἥρως ὅτι ἐμφύλιον αἷμα πρώτιστος οὐκ ἄτερ τέχνας ἐπέμιξε θνατοῖς· ὅτι τε μεγαλοκευθέεσσιν ἐν ποτε θαλάμοις Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶτο. Verba non causam afferunt, cur illa duo delicta Ixioni poenam intulerint, sed explicant quae fuerint αἰ δύο ἀμπλακίαι: duo delicta, alterum quod — quodque. Nam verbis τὸ μὲν ὅτι non respondere τὸ δὲ ὅτι sed ὅτι τε apud Pindarum non est mirum.

P. V 14 σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν δίκᾳ πολὺς ὅλβος ἀμφινέμεται· τὸ μὲν ὅτι βασιλεὺς ἐσσὶ μεγαλὰν πολίων . . . μάκαρ δὲ καὶ νῦν, κλεεννᾶς ὅτι εὐχός ἥδη παρὰ Πυθιάδος ἵπποις ἐλῶν δέδεξαι τόνδε κῶμον ἀνέρων, Ἀπολλώνιον ἄθυρμα. Prius ὅτι explicat verba πολὺς ὅλβος: ‘magna te amplectitur felicitas, quod rex es magnarum urbium’.

Potuit sane poeta sic fere pergere: τὸ δ' ὅτι εὐχός δέδεξαι, ita ut haec verba τὸ δ' ὅτι illis τὸ μὲν ὅτι accurate responderent, sed dicit μάκαρ δὲ καὶ νῦν ὅτι: iam hoc alterum ὅτι non tam explicativum quam causale est. Latine bis vertamus ‘quod’, sed nostra si utimur lingua, quid intersit inter duas particulias etsi minimum est cognoscere possumus. Nam sic fere vertam: Dich aber, der du wandelst im Rechte, umgebt Glück in Menge: einmal nämlich, dass du ein König bist großer Städte, selig aber bist du auch jetzt, weil du usw. — Restat exemplum, ubi dubitari potest, pronomen ὅ τι an particulam ὅτι intellegamus. *J.* VII (VI) 39 ἀείσομαι χαίταν στεφάνοισιν ἀρμόξων· ὁ δ' ἀθανάτων μὴ θρασσέτω φθόνος, ὅτι τεοπνὸν ἐφάμερον διώκων ἔκαλος ἐπειμι γῆρας ἐς τε τὸν μόρσιμον αἰῶνα. Plane falsam puto illam explicationem, qua verba ὅ τι (sic) τεοπνὸν κτλ. obiectum verbi θρασσέτω esse

1) Nihil mutandum est, cum poeta dicat: quidquid facturus est, nihil querar, quoniam non solus patiar sed una cum omnibus. — Ceterum hic locus Rumpeli lexico addendus est.

voluerunt nonnulli ut Schneidewinus, Mommsenius¹⁾ Rumpelius alii. Nam *θράσσειν* nihil aliud esse potest ac *ταράσσειν*, id est ‘conturbare, beunruhigen’; sic apud aequales Pindari verbum usurpari notum est, ut apud Aeschylum.²⁾

Si autem verba ὅ τι *τερπνὸν κτλ.* obiectum esse verbi *θρασσέτω* putamus, significatio conturbandi non apta est sed exspectamus verbum ut concidere.³⁾ Quae significatio cum apud posteriores demum inveniatur⁴⁾, illa explicatio falsa est.

Sed utrum construere: ne conturbet invidia quod (‘weil’) sector, an ut Christius Bergkium secutus voluit post φθόνος puncto posito ὅ τι *τερπνόν ἐστιν* intellegere debeamus, vix certis argumentis diiudicari poterit. Christius nullam causam cur sic explicaverit afferre potuit nisi quod dicit hoc esse suavius. Mihi hoc non suave esse videtur propter asyndeton: malim in verbis ὅτι usque ad αἰῶνα causam invidiae deorum cognoscere quae ne se conturbet poeta optat. Itaque virgula post verbum φθόνος posita ὅτι particulam causalem esse puto.⁵⁾

III. Οὖνεκα εἶνεκεν τοῦνεκα.

Particula *οὖνεκα* (*οὖνεκεν*) apud Pindarum saepius significatione ‘quod, quandoquidem’ invenitur; bis est particula declarativa ut saepe apud Homerum⁶⁾, neque vero praepositionis loco ponitur, quod apud tragicos saepissime fit.⁷⁾

De formis harum particularum hic mihi non dicendum est ubi tantum de usu agitur. Multa etiam de determinatione formarum disseruit Mommsenius.⁸⁾

O. XIV 15 *Λυδῷ γὰρ Ἀσώπιχον ἐν τρόπῳ ἐν μελέταις τὸ εἰδῶν ἔμολον, οὖνεκ' Ολυμπιόνικος ἀ Μινύεια σεῦ ξένατι.*

1) Übersetzung 1846 p. 184.

2) Prom. 627 Kirchh.

3) ‘Zerschmettern’ Mommsenius vertit.

4) Cf. Buttm. lexil. I 211.

5) Si mecum consentis, hunc locum Rumpeli lexico sub ὅτι 2) addas. — In fr. 139, 9 ὅτι quod traditum erat ab Hermanno optimo iure deletum est.

6) Cf. Ameisium ad ε 216.

7) Cf. Krueg. Di. 68, 19, 2. Mommsen. ann. critt. suppl. p. 202.

8) l. l. p. 197 ss.

J. VII (VI) 12 (*τίνι τῶν πάρος μάλιστα θυμὸν τεὸν εὔφρανας ἦ . . .*) ἢ *Δωρίδ'* ἀποικίαν οὖνεκεν δρθῷ ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ *Λακεδαιμονίων, ἔλον δ' Ἀμύκλας Αἴγειδαι σέθεν ἔκγονοι μαντεύμασι Πυθίους;* Codices BD οὖνεκ' praebent quod Thierschius in οὖνεκεν mutavit, quem secuti sunt Bergkius Christius alii. Sed Heynus ἀνίκ' ἄρ' coniecit Hermanno probante, postquam iam Schmidius¹⁾ particulam temporalem postulavit scribens ἀνίκα δρθῷ hiatu intolerabili. Utraque lectio et Heyniana et Thierschiana defendi potest. Heyniana his causis fulcitur: scholiasta particulam temporalem videtur legisse cum explicet: ἡ ὅτε τὴν Δωρίδα τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἐπ' ἀσφαλοῦς στῆναι παρεσκεύασας.

Accedit quod Pindarus in hac enumeratione bis temporales usurpavit particulas: ἀνίκα (4), ὅτε (10). Tamen malim Thierschi coniecturam probare quod lenior est et quod sic sermo optime variatur. Iam enim habemus hunc variatum sermonem: *τίνι τῶν πάρος μάλιστα εὔφρανας; ἢ δα ἀνίκα ἀντειλας, ἢ δεξαμένα, ἢ ἀμφὶ βουλαῖς, ἢ ἀμφ' Ἰόλαον, ἢ Σπαρτῶν, ἢ ὅτε ἄμπευψας, ἢ οὖνεκεν ἔστασας;* Vides in uno quoque membro structuram variatam. Quae variatio Heyni coniectura deletur, cum iam supra ἀνίκα legatur. Accedit quod particula ἄρα addita superflua est. Thierschii igitur probo coniecturam.²⁾

J. VIII (VII) 19. N. IV 20.

Semel apud Pindarum particula οὖνεκεν sensu demonstrativo usurpatam videmus. *P. IX 93 οὖνεκεν, εἰ φίλος ἀστῶν, εἴ τις ἀντάεις, τό γ' ἐν ξυνῷ πεπονημένον εῦ μὴ λόγον βλάπτων ἀλίοιο γέροντος κρυπτέτω.*³⁾

IV. Ὅτε.

Particulae Ὅτε causalitatis apud Pindarum duo tantum existant exempla. *O. IX 83. P. II 27 μακρὸν οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον, μαινομέναις φρασὶν "Ἡρας ὅτ' ἐράσσετο.*

1) *Πινδάρου περίοδος.* 1616.

2) Dativos πυκνιναῖς βουλαῖς non debuit mutare Bergkius. De industria poeta ἀμφὶ cum dativo coniunxit cum sequatur ἀμφὶ c. acc. Pindarum enumerationem quam maxime voluisse variare appetet, quae variatio Bergkii et Heynii coniecturis deletur. Cf. Kuehn. II § 449 g.

3) Correlativum quod dicunt τούνεκα semel reperitur. *O I 67.*

V. Ως.

Particulum ὡς apud Pindarum bis causam indicare voluit Rumpelius, *N.* VI 4 et *O.* XIII 45. Videamus locos. *N.* VI 1 ἐν ἀνδρῶν, ἐν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρὸς ἀμφότεροι· διείργει δὲ πᾶσα κεκοιμένα δύναμις, ὡς τὸ μὲν οὐδέν, δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰὲν ἔδος μένει οὐρανός. Sine dubio particula ὡς causalis est, cum sententiarum conexus hic sit: ‘unum est hominum, unum deorum genus, utriusque commune est quod utrumque ex eadem matre oritur, sed dirimit duo genera vis quae cuique est, quoniam genus hominum nihil est, dei autem sempiterni’. Boeckhius igitur non recte ‘ut’ (consecutiva vi) vertit, rectius Dissenius. Nolo silentio præterire Christium κεκοιμένα acc. neutr. plur. esse putare, quod addita voce πᾶσα vetatur, quae non sensum habet nisi cum verbo κεκοιμένα coniuncta, ut sensus sit ‘vis tota diversa’.

O. XIII 43 δσσα τ' ἐν Δελφοῖσιν ἀριστεύσατε ήδὲ χόροις ἐν λέοντος δηρίουμαι πολέσιν περὶ πλήθει καλῶν, ὡς μὰν σαφὲς οὐκ ἀν εἰδείην λέγειν ποντιᾶν φάφων ἀριθμόν.

Quibus verbis poeta enumerationem victoriarum a Xenophonte eiusque cognatis reportatarum claudit. Quot Delphis et Nemeae facinora præclare fecistis, contendo cum multis de multitudine, nam non dicam numerum marinorum calculorum. Sed etiam comparativo sensu particulam intellegere possumus: contendo cum multis de multitudine victoriarum sic ut non possim dicere numerum calculorum. Quamquam sensus causalis aptior videtur.

VI. Ατε = utpote.

a. participio vel substantivo additum. Tria sunt apud Pindarum exempla. fr. 145 (109) θεὸς ἄτε πλέον τι λαχών. *P.* II 84 ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἄτ' ἐχθρὸς ἐὼν λύκοιο δίκαιον ὑποθεύσομαι. *J.* VI (V) 51 εἰπέν τε φωνήσαις ἄτε μάντις ἀνήρ. Christius dicit: ‘fatus qualia vates, non tamquam Herculem ipsum divinandi arte praeditum crediderint’. Sane Herculem non crediderunt vatem, sed tum cum ei vota de Telamonis filio loquenti deus aquilam misit puto Herculem divino quo-

dam animo motum in hoc temporis momento vatem fuisse poetam voluisse. Ergo non opus est cum Mezgero doctius quam verius admonere Herculem in fabulis Boeotiis cum Apolline Ismenio coniungi. Errat etiam Mezger negans verba posse significare 'wie ein Seher', cum comparativam particulae *ἄτε* vim supra viderimus, cf. p. 16.

b. *ἄτε* genitivo absoluto additur. *P.* II 79 *ἄτε γὰρ εἰνάλιον πόνον ἔχοισας βαθὺ σκευᾶς ἐτέρως, ἀβάπτιστός εἰμι φελλὸς ὡς ὑπὲρ ἔρος ἄλμας.* Apparet hoc quoque loco particulam *ἄτε* sensu causali esse positam. Non satis accurate puto Boeckhium vertisse: 'velut marinum enim laborem habente cetero instrumento in profundo mari, non immergor suberis instar supra rete, salsis undis'. Imagine se uti Pindarus tantum particula *ώς* admonet. Comparat se suberi in aequore natanti cetero instrumento in profundo mari laborante. Apparet in hoc altero membro particulam comparativam prorsus abundare. Immo: utpote cetero instrumento in mari profundo laborem habente non immergor suberis instar, vel nostra lingua: „denn während ja das übrige Gerät tief im Meere arbeitet, bin ich wie der Kork über dem Wasser, unbenetzt vom Meerwasser“. Coniecturas quibus hic locus tentatus est repellere non opus est, cum verba tradita optime posse explicari demonstrasse mihi videar.

Caput quartum.

De particulis finalibus.

Particulam *ἴνα* Pindarus non usurpavit nisi significatione primaria¹⁾, quae est 'ubi'. Quo sensu *ἴνα* decies invenitur: videoas Rumpelium. Finalem particulam *ἴνα* quam ne Aeschylus quidem saepius quam bis usurpavit apud nostrum non invenies. Quibus finem indicat, sunt particulae *ώς ὅπως ὅφρα*

1) Cf. Kuehn. II § 553, 1, 1.

μή, de quorum usu iam quae habemus dicenda sunt. Disputavit autem de sententiis finalibus Graecis Philippus Weber (*Entwicklungsgeschichte der Absichtssätze*, in ‘Beiträge zur historischen Syntax der griechischen Sprache’, herausgegeben von M. Schanz. Bd. II, Heft 1. Würzburg 1884). De sententiis finalibus Pindaricis egit in capitibus tertii paragrapho prima (pp. 72—74).

I. ὡς.

Particulam ὡς finalem non admodum adamavit Pindarus.

1. cum optat.

O. X 26 ἐπεὶ Ποσειδάνιον πέφνε Κτέατον ἀμύμονα, πέφνε δ' Εὔρυτον, ὡς Αὐγέαν λάτριον ἀέκουνθ' ἐκῶν μισθὸν ὑπέρβιον πράσσοιτο. Sine dubio particula ὡς finalem sensum habet: interfecit Hercules Molionidas, ut ab Augea mercedem exigeret.¹⁾ P. IV 7 ὡς particulam non finalem (ut Weber) sed declarativam intellego: videas infra (p. 58).

2. ὡς ἀν c. optat.

O. VII 39 τότε καὶ φανσίμβροτος δαίμων Ὄπεριονίδας μέλλον ἔντειλεν φυλάξασθαι χρέος παισὶν φίλοις, ὡς ἀν θεῷ πρῶτοι κτίσαιεν βωμὸν ἐναργέα, καὶ σεμνὰν θυσίαν θέμενοι πατρὶ τε θυμὸν ἴάναιεν κόρᾳ τ' ἐγχειβρόμω. Quod apud Pindarum unum exemplum est particularum ὡς ἀν cum optat. coniunctarum. Neque vero video, cur cum Kaysero Vaticanum scholiastam secuto ὡς τῇ θεῷ scribamus, quam conjecturam iam Mommsenius²⁾ iure repulit neque Weber probavit. Neque structura postulat ut corrigamus. Nam Graeca est: apud Homerum saepe reperitur.³⁾ Multa invenies exempla apud Kuehnerum II § 553, 5. cf. Hermannum de part. ἀν III 4, 151 ss.

1) In Christii editione mendum typographicum corrigas: non Paus. V 25, sed Paus. V 1, 9 ss. in adnotatione ad v. 26. legendum est. Addo locos Paus. VIII 14, 9. II 15, 1.

2) ann. critt. suppl. p. 76.

3) Cf. ν 402 et quae adnotavit Ameisius (‘Anhang’). Adeas etiam Kruegerum Di. 54, 8, 4. Cf. Hdt. V 37. VII 176. Xen. Cyr. I 6, 13.

3.

N. VIII 35 κελεύθοις ἀπλόαις ξωᾶς ἐφαπτοίμαν θαυμὸν ὡς παισὶ κλέος μὴ τὸ δύσφραμον προσάψω, ubi προσάψω malim coni. aor. quam ind. fut. intellegere, cum hic a particula ὡς pendens perraro inveniatur. cf. Kuehnerum II § 553, 4. cf. p. 44, adnott. 1.

II. Ὁπως.

Neque etiam particulam ὅπως videtur amasse Pindarus. Bis usurpavit ὅπως sensu adverbii relativi in quaestionebus pendentibus, quo de usu consulas Rumpelium. Particula finalis est ὅπως semel, cum opt. aor. coniuncta ab optativo aoristi pendens et ipso a particula ὄφρᾳ pendente. N. III 59 ὄφρᾳ θαλασσίαις ἀνέμων φυπαῖσι πεμφθεὶς ὑπὸ Τροῖαν δορίκτυπον ἀλαλὰν Λυκίων τε προσμένοι καὶ Φρυγῶν Δαρδάνων τε, καὶ ἐγχεσφόροις ἐπιμίξαις Αἰθιόπεσσι χεῖρας ἐν φρασὶ πάξαιθ', ὅπως σφίσι μὴ κοίρανος ὀπίσω πάλιν οἴκαδ' ἀνεψιὸς ξαμενῆς Ἐλένοιο Μέμνων μόλοι. Verba si recte sunt tradita quod equidem puto sic intelligenda esse censeo. Achilles missus est Troiam, ut cum Aethiopibus congressus praecordiis suis infigeret <curam>, ut eis ne dominus Memnon domum rediret. <Curam> inserui, nam tale aliquid animo suppleas ut particula finalis ὅπως (*μὴ*) clara fiat. Quod Bergkius nescio an neglexerit πάξαι θάπος coniciens, quae conjectura a Webero probata iam ob id refutanda videtur, quod θάπος non analogia aliis loci fulcitur. Bene Dissenius: ‘ut manus cum Aethiopibus conserens eam animo infigeret sententiam [malim ‘curam’], ne Memnon rediret, h. e. ut pugnans cum Aethiopibus in primis curaret hoc, ne Memnon rediret’. Christius ad Heyniorum et Huschkiorum¹⁾ perversam sententiam rediit, verbum χεῖρας cum his ἐν φρασὶ (praecordiis inimicorum nimirum) πάξαιτο esse coniungendum, quae explicatio iam ab Hermanno et in primis a Dissenio tam bene repulsa est, ut iure mireris virum doctum foedam istam imaginem nec non plane ineptam

1) Albii Tibulli elegiae tres. 1840 p. 30. et in editione Tibulli ad I 3, 4.

rursus effodisse. Locus *N.* VII 26 a Christio laudatus plane alienus est, cum hic Aiacem gladio pectus percussisse dicitur. Sed ut manus hostium praecordiis infigeret Achilles Chironem optasse et suasisse putans ingenti iniuria laedes δικαιότατον Κενταύρων.

III. Ὁφρα.

Saepius Pindarus particulam Ὁφρα usurpavit, quae inde ab Homero epicorum et lyricorum poetarum communis neque a tragicis spernitur.

1. cum coni.

a. post. temp. praes. *P.* IV 1 σάμερον μὲν χρή σε παρ' ἀνδρὶ φίλῳ στᾶμεν, . . . Ὁφρα κωμάζοντι σὺν Ἀρκεσίλᾳ, Μοῖσα, Λατοίδαισιν ὀφειλόμενον Πυθῶνι τ' αὖξης οὐρανον ὕμνων. *O.* XIV 18 μελαντειχέα νῦν δόμον Φερσεφόνας ἔλυθ', Ἀχοῖ, πατρὶ κλυτὰν φέροισ' ἀγγελίαν, Κλεόδαμον Ὁφρ' ἵδοισ' νίδην εἴπης πτλ. *O.* VI 22 ὁ Φίντις, ἀλλὰ ξεῦξον ἥδη μοι σθένος ἡμιόνων, ἦ τάχος, Ὁφρα κελεύθῳ τ' ἐν καθαρῇ βάσομεν ὄκχον, ἵκωματε πρὸς ἀνδρῶν καὶ γένος. Caveas βάσομεν ind. fut. esse putas non quod negandum sit particulam Ὁφρα cum futuro posse coniungi, sed quod vix verisimile est Pindarum intam brevi sententia sine causa tempora variasse. Restat locus *P.* XI 9 καλεῖ συνίμεν Ὁφρα Θέμιν ἱερὰν Πυθῶνά τε καὶ ὁρθοδίκαν γᾶς ὀμφαλὸν κελαδήσετ' (sic Heynus, libri κελαδῆτε) ἄκρᾳ σὺν ἐσπέρᾳ πτλ., ubi Heyni coniectura κελαδήσετε coni. aor. non ind. fut. est; cf. Weber p. 74. Cum coni. praes. coniuncta invenitur particula Ὁφρα semel: *P.* I 71 λίσσομαι νεῦσον, Κρονίων, ἀμερον Ὁφρα κατ' οἰκον δ Φοῖνιξ δ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς ἔχῃ.¹⁾

b. post tempus praeteritum. Coniunctivus in sententiis finalibus post tempus praeteritum iam apud Homerum exstat, consulas Krueg. Di. 54, 8, 2. Ameisium ad γ 15. Hermannum ad Viger. p. 850, not. 350 et de emend. rat. Gr. gramm. II 21, 212, de aetate Orphei 812. Kuehn II § 553, 3. Brunkium²⁾ errare putantem Ὁφρα c. coni. post praet. coniunctum

1) Cf. Madvig. adv. I 187.

2) Ad Apoll. Rhod. argon. I 17.

particula ḥν non addita soloecum esse idem Hermannus demonstravit.¹⁾

Apud Pindarum habemus exempla particulae ḥφρα cum coni. post tempus praet. coniunctae duo: *P.* IV 90 καὶ μὰν Τιτὺν βέλος Ἀρτέμιδος θήρευσε κραιπνόν, ἐξ ἀνικάτου φαρέτρας δρυνύμενον, ḥφρα τις τᾶν ἐν δυνατῷ φιλοτάτων ἐπιψαύειν ἔραται. ἔραται enim est forma Dorica coniunctivi, vide Krueger. *Di.* § 39 sub ἔραμαι, Ahrensm. dial. II 313. Coniunctivus meo iudicio hoc loco stare potest, quod verbum θήρευσε plane eandem significationem habet ac perfectum, dico actio necandi 'perfecta' est, vernacule 'das Geschoß hat ihn erlegt', non 'erlegte ihn'. cf. Krueg. *Di.* 54, 8, 2.

Alterum exemplum est *O.* VII 13 καὶ νῦν ὑπ' ἀμφοτέρων σὸν Διαγόρα κατέβαν τὰν ποντίαν ὑμνέων παῖδ' Ἀφροδίτας Ἀελίοισ τε νύμφαν, Ρόδον, εὐθυμαχαν ḥφρα πελώριον ἄνδρα παρ' Ἀλφειῷ στεφανωσάμενον αἰνέσω. Primum de forma αἰνέσω dicendum est, quam coniunctivum aoristi correptum haberi volo. Quamquam enim apud Pindarum in ceteris aoristi formis verbi αἰνεῖν littera *H* invenitur²⁾, tamen in αἰνέσω vocalis correpta esse potest sic ut indic. fut. αἰνέσω legimus (*N.* VII 63) quanquam infin. fut. αἰνήσειν scriptum videmus (*N.* I 72).³⁾ Accedit quod nostro loco coniunctivus multo aptior videtur quam futurum. κατέβαν enim nihil aliud est ac 'descendi' vi perfecti. Actio descendendi iam perfecta est. Igitur 'adsum'. Quae cum ita sint coniunctivus αἰνέσω optime et sensui et grammaticae videtur respondere.

c. Restat locus singularis, de quo pluribus erit dicendum. fr. 128 (90). In Athenaei codice, qui fragmentum servavit (X 427 D) sic scriptum videmus: Χάριτας τ' Ἀφροδίσιων ἔράτων, ḥφρα σὸν χειμαράρῳ μεθύσων Ἀγάθωνι δὲ βάλω κότιαβον. De particula ḥφρα et verbi ab ea pendentis modo et tempore nihil certi dici potest. Apud Boeckhium invenies fragmentum a 'censore' in *Ephem.* litt. Jen. 1806 n. 249 p. 142 'correctum'. Cuius coniecturis fragmentum meo iudicio

1) Viger. p. 793.

2) αἰνῆσαι *O.* X 99. αἰνησεν *P.* III 13. αἰνησαν *fr.* 216 (235). αἰνήσαις *O.* IX 14. αἰνῆσαι *P.* I 43. IV 140.

3) cf. *P.* X 69.

difficilior factum est quam antea. Quid enim significant illa ‘ut cum torrente ebrius aestuem’? Laudat quidem Dissenius Anacreontis illud¹⁾ μεθύων ἔρωτι neque vero intellegens, quantum intersit inter duo verba: illud enim Anacreontis intellegere possumus, haec σὺν χειμάρρῳ μεθύων minime. Neque video ullam constructionem in verbis ab illo censore restitutis. Quam emendationem plane esse spernendam puto. Meo iudicio, si quis de hoc fragmento verba facturus est, in primis caveat, ne verbum βάλω mutet, cum βάλλειν in ludo qui κότταβος vocatur vox sit usitatissima. Bergkii igitur coniecturam καλῶ non probans cum Christio quod metrum spondeum requirere videtur βάλλω scribam. Neque nego coniecturam Χειμάρρῳ (Χειμάρρῳ Bergkius) minime mihi placere. Cum enim nomen Agathonis usitatissimum sit, illud nomen non nisi apud recentiores²⁾ et in inscriptionibus³⁾ reperitur. Itaque in corrupto verbo χειμαμάρρῳ nomen proprium latere nego. Iam puto in χειμαμάρρῳ aliquam vocem latere qua dicatur, qua re poeta se ebrium esse dicat. Si litteras μα per dittographiam ortas delemus habemus χειμάρρῳ, unde paene sese offert ἴμέρῳ quod iam a nescio quo coniectum sensui optime respondere non erit qui neget, cum poeta paullo ante de gratiis Venenorū amorum locutus sit. Iam apte conferas illud Anacreonteum μεθύων ἔρωτι. Accedit quod imago pulchrior est poetae desiderio ebrii. Ergo bona coniectura ἴμέρῳ a doctis non erat reicienda. Neque vero plura hoc de loco dici possunt cum verba nimis pauca tradita sint.

2. c. optat.

Particulam ὄφρᾳ coniungit Pindarus cum optativo post tempus praeteritum quinquies.

P. V 60 δ' ὁρχαγέτας ἔδωκ' Ἀπόλλων θῆρας αἰνῶ φόβῳ,
ὄφρᾳ μὴ ταμίᾳ Κυράνας ἀτελής γένοιτο μαντεύμασιν. J. III 71
(IV 53) προσπαλαίσων ἥλθ' ἀνήρ, τὰν πυροφόρον Λιβύαν,
κρανίοις ὄφρᾳ ξένων ναὸν Ποσειδάωνος ἐρέφοντα σχέθοι, νῖος

1) fr. XVII in Bergkii editione anni 1834.

2) Cf. Polyb. XXIX 1. Suidam sub Ἐπίχαρμος qui filius ‘Chimari’ fuisse dicitur.

3) Cf. CIG. III 5769.

Αλκμήνας. P. IV 217 λιτάς τ' ἐπαοιδὰς ἐκδιδάσκησεν σοφὸν Αἰσονίδαν, ὅφρα Μηδείας τοκέων ἀφέλοιτ' αἰδῶ, ποθεινὰ δ' Ἑλλὰς αὐτὰν ἐν φρασὶ καιομέναν δονέοι μάστιγι Πειθοῦς. P. XII 19 . . . παρθένος αὐλῶν τεῦχε πάμφωνον μέλος, ὅφρα τὸν Εὐρυάλας ἐκ καρπαλιμᾶν γενύων χριμφθέντα σὺν ἔντεσι μιμήσαι τ' ἐρικλάγκταν γόνον. N. III 59. Hunc locum iam supra laudavi (p. 39), ubi exscriptum invenies.

In tribus exemplis primo loco allatis et in apodosi et in protasi aoristum habemus; in tertio (P. IV 217) in locum aoristi (*ἀφέλοιτο*) praesens successit (*δονέοι*). In ceteris exemplis in apodosi imperfectum legimus, a quo pendet ὅφρα c. opt. aor. coniunctum.

IV. *Mή.*

Hic tantum de coniunctione finali *μὴ* dicendum est, quae usurpatur sensu ‘ne’ ‘ut ne’.

1.

c. coni. aor. post ind. praes.

P. VIII 29 εἰμὶ δ' ἄσχολος ἀναθέμεν πᾶσαν μακραγορίαν λύρᾳ τε καὶ φθέγματι μαλθακῷ, μὴ κόρος ἐλθὼν κνίσῃ.

2.

c. opt. aor. post imp. aor.

Unum exstat exemplum. P. IV 154 τὰ μὲν ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας λῦσον ἄμμιν μὴ τι νεώτερον ἔξ αὐτῶν ἀνασταίη κακόν. Traditum est in libris manuscriptis ἀναστήσης ἀναστήση ἀνασταίη (a scholiasta). Optime Boeckhius (nott. critt. p. 466) refutavit eos qui ἀναστήση legunt, neque tamen assentior doctissimo Hermanni conjecturam ἀναστήση recipienti, cum lectio ἀνασταίη ab Ahrensiō probata scholiastae verbis magis commendetur neque ut Boeckhius dixit grammaticae repugnet. Facile enim optativus potest explicari: „zuweilen steht der Optativ ohne ἀν in einem Nebensatze nach einem Haupttempus im Hauptsatze, um eine unentschiedene Möglichkeit auszudrücken“. Kuehner II § 399, 7, ubi exempla invenies.

3.

c. opt. praes. post opt. praes.

P. V 119 διδοῖτ' . . . ἔχειν, μὴ . . . δαμαλίζοι. Cum modi recte traditi sint, non est cur de criticis huius loci difficultatibus disseram.

4.

c. opt. aor. post ind. aor.

O. IX 60 ἔνεικεν Λοκόῳ (sc. Iuppiter Progenitum) μὴ καθέλοι νιν αἰών πότμον ἐφάψαις δοφανὸν γενεᾶς.¹⁾

Caput quintum.

De particulis εἰ (εἰπερ, εἰ γάρ) ἀν.

A. De enuntiatis hypotheticis.

Quarum sententiarum apud Pindarum inveniuntur formae quattuor: Realis potentialis irrealis constructiones ex duabus mixtae. Disputavit autem pluribus de sententiis condicionibus Pindaricis Gildersleevius (the American journal of philology III 1882, p. 434—445).

I. De reali.

1.

a. Prima et maxime simplex forma est haec:

εἰ c. ind. praes. — ind. praes.

O. I 66 εἰ δὲ θεὸν ἀνήρ τις ἔλπεται λελαθέμεν ἐρδων, ἀμαρτάνει. P. I 87 εἰ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσει, μέγα τοι φέρεται πάρο σέθεν. P. II 58 εἰ δέ τις ἥδη κτεάτεσσί τε καὶ περὶ τιμῆς λέγει ἔτερόν τιν' ἀν' Ἑλλάδα τῶν πάροισθαι

1) Negantur coniunctiones finales particula μὴ hae: ὅφει P. V 62 (p. 42), δπως N. III 62 (p. 39. 43), ὡς N. VIII 37 (p. 39). Non potest negari huius loci explicaciones posse cogitari duas. Altera, a me probata, est: ὡς μὴ (cf. Bernhardy, Synt. p. 461) τὸ δύσφαμον οὐλέος παῖσι προσάψω. Altera, cui Christius favet, est: ὡς παῖσι οὐλέος, μὴ τὸ δύσφαμον προσάψω: articulo praeposito adiectivum vim substantivi induisse Christius putat. Sed haud scio an Pindarus, si talem esse voluerit sententiam μηδὲ dixerit, cf. O. XI 18. Articulus τὸ facile potest explicari: optat Pindarus, ne liberis τὸ δύσφαμον οὐλέος relinquat, id est illam famam dishonestam, quae iure omnibus vitanda est, vel tale quid.

ὑπέρτερον, χαύνα πραπίδι παλαιμονεῖ κενεά. *P.* III 80 εἰ δὲ λόγων συνέμεν πορνφάν, Ἰέρων, ὁρθὰν ἐπίστα, μανθάνων οἴσθα προτέρων. *P.* IV 145 Μοῖραι δ' ἀφίσταντ', εἰ τις ἔχθρα πέλει δημογόνους, αἰδῶ καλύψαι. *O.* III 42. *J.* I 67. VI (V) 10. *P.* III 103. VIII 73. In *N.* X 83 respondent verba ἔστι σοι τούτων λάχος verbis antecedentibus εἰ θέλεις: mox (85) indicativis εἰ δὲ μάρνασαι et νοεῖς respondet structura potentialis ἥμισυ μέν κε πνέοις κτλ. De his et aliis constructionibus ex duabus quasi commixtis infra plura erunt dicenda (p. 53—55). Restat fr. 107 (74), in quo indic. praesentis ὀλοφύρομαι respondet indicativo praesentis φέρεις a particula εἰ pendenti, cuius in locum iam (v. 16) indicativus futuri succedit θήσεις. Ergo hanc habemus formam: εἰ φέρεις η̄ εἰ θήσεις — ὀλοφύρομαι.

b. Transeamus ad eam compositionem, in qua protasi a particula εἰ incipienti respondet apodosis prohibitivum continens:

εἰ c. ind. praes. — μὴ c. imp. praes.

Cuius usus apud Pindarum legimus exempla duo. Unum est *O.* I 3 εἰ δ' ἄεθλα γαρύειν ἔλδεαι, φίλον ἥτορ, μηκέτ' ἀελίου σκόπει ἄλλο θαλπνότερον ἐν ἀμέροφ φαεννὸν ἄστρον ἐρήμας δι' αἰθέρος, μηδ' Ὄλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐδάσομεν. Discrimen illud, αὐδάσομεν utrum sit coniunctivus aoristi an indicativus futuri mihi videtur posse diiudicari, si particulam μηδὲ spectemus, qua non potuit uti Pindarus, si voluisse dicere ‘nec poterimus canere’. Habemus igitur coniunctivum aoristi sensu prohibitivi: Boeckhius Hartungius alii sic iam recte explicuerunt. Homerum vocales saepissime corripuisse nemo nescit; apud Pindarum non tam saepe corripiuntur, sed habemus exempla, cf. *O.* VII 3. VI 24, supra p. 10. 40. Boeckh. metra p. 289. Ergo formam habemus hanc:

εἰ c. ind. praes. — μὴ c. imp. praes. μηδὲ c. coni. aor.

Alterum exemplum est *N.* V 50 εἰ δὲ Θεμίστιον ἵκεις, ὥστ' ἀείδειν, μηκέτι φίγει.

c. εἰ c. ind. praes. — μὴ c. coni. aor.

Praeter illum locum *O.* I 7 de quo iam dixi Pindarus hac compositione usus est nusquam, cum carmen Olympicum quintum, in quo (v. 23) sic legimus, Pindari esse plerique iure negent.

d. εἰ c. ind. praes. — imp. aor.

Exempla exstant duo. O. I 77 φίλια δῶρα Κυπρίας ἄγ' εἴ τι, Ποσείδαον, ἐς χάριν τέλλεται, πέδασον ἔγχος Οἰνομάον χάλκεον, ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτάτων πόρευσον ἀρμάτων ἐς Ἀλιν πράτει δὲ πέλασον.

Multo difficilior est alter locus N. IV 79 εἰ δέ τοι μάτρῳ μ' ἔτι Καλλικλεῖ κελεύεις στάλαν θέμεν Παρίον λίθον λευκοτέροαν· δὸς χρυσὸς ἐψόμενος αὐγὰς ἔδειξεν ἀπάσας, ὕμνος δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐργμάτων βασιλεῦσιν ἴσοδαιμονα τεύχει φῶτα· κεῖνος ἀμφ' Ἀχέροντι ναιετάων ἐμὰν γλῶσσαν εὑρέτω κελαδῆτιν Ὄρσοτριαίνα, ἵν' ἐν ἀγῶνι βαρυκτύπον θάλλησε Κορινθίοις σελίνοις. Oritur iam quaestio, unde incipiat apodosis. Erasmus Schmidius constructionem non recte intellexit dicens subintellegendum esse verbum θήσω. Construit igitur: si vero sane avunculo me etiam Callicli iubes columnam ponere Pario lapide candidiorem <ponam>. Non potest dubitari, quin protasis in verbis εἰ δέ τοι usque ad verba λίθον λευκοτέροαν exstet, sed apodosis utrum a verbis δὸς χρυσὸς ἐψόμενος an ab his κεῖνος ἀμφ' Ἀχέροντι incipiat inter viros doctos lis est. Huic explicationi favent Heynius verba δὸς χρυσὸς — τεύχει φῶτα in medio esse παρένθετα putans, Boeckhius haec verba cum antecedentibus coniungens ut causa addatur, cur Calliclem cani velit, Christius dicens his verbis rem in protasi significatam confirmari. Sed dissident Godofredus Hermannus (diss. Pindar. IV p. 373) Dissenius, qui cum in sua tum in Boeckhi editione multa neque vero bene hac de re disputat, Mezger alii. Qui docti omnes apodosin iam a verbis δὸς χρυσὸς incipere volunt, in apodosi rursus Hermanno antecedentem et consequentem sententiam esse putante. Quorum rationem esse falsam videbimus si sic construemus ut illi voluere. Nam protasi εἰ δέ τοι usque ad verba Παρίον λίθον λευκοτέροαν respondebit tum apodosis quae ex duobus membris constans in soluta oratione sic fere exprimi debeat: scito, ut aurum coctum splendidissimum est, sic hymnum facinorum praeclare gestorum virum regibus aequalem reddere. Haec cogitari posse non nego. Sed iam verba sequentia sine ullo conexu cum antecedentibus sunt, cum sententia quam continent ex ante-

cedentibus sequatur: ‘ergo inveniat’. Quod etiam Dissenius sensit vertens: quare ille ad Acherontem habitans vocem meam invenito. Neque vero haec per asyndeton a Pindaro solent exprimi. Quae cum ita sint, mihi videtur apodosis incipere a verbis *κεῖνος ἀμφ' Ἀχέροντι*, ut hanc formam structuræ habeamus:

εἰ c. ind. praes. [parenthesis] — imp. aor.

Sic etiam Gildersleevius (l. l. p. 439) constructionem intellexit.

e. *εἰ* c. ind. praes. — ind. fut.

Cuius compositionis apud Pindarum invenitur exemplum unum. *P. IX* 50 *εἰ δὲ χοὴ καὶ πὰρ σοφὸν ἀντιφερᾶται, ἐρέω.*

Restant exempla eius usus per quem verbum omitti potest, sive in protasi sive in apodosi.

f. Ac primum quidem invenimus *εἰ* c. ind. praes., cui verbum non respondet. *J. III* 1 *εἴ τις ἀνδρῶν εύτυχησαις ή σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις ή σθένει πλούτου κατέχει φρασὶν αἰανῇ κόρον, ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμῆθαι: nimirum ἄξιός ἐστιν.* Similiter *ἐστιν* supplendum est *J. VII (VI)* 43 *τὰ μακρὰ δ' εἴ τις παπταίνει, βραχὺς ἔξικέσθαι χαλκόπεδον θεῶν ἐδραν.*

Difficilis est locus tertius, de quo nunc est agendum. *O. II* 62 (56) *εἰ δέ νιν (sc. πλοῦτον ἀρεταῖς δεδαιδαλμένον ν. 58) ἔχων τις οἶδεν τὸ μέλλον, ὅτι θανόντων μὲν ἐνθάδ' αὗτις (codd. αὐτίκ') ἀπάλαμνοι φρένες ποινὰς ἔτισαν, τὰ δ' ἐν τῷδε Λιὸς ἀρχῇ ἀλιτρὰ κατὰ γᾶς δικάζει τις ἔχθρῃ λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.* Sine ulla dubitatione protasis est *εἰ δέ νιν ἔχων τις οἶδεν τὸ μέλλον.* A verbo *οἶδεν* pendet sententia a particula *ὅτι* incipiens in duo membra divisa, quorum alterum est *θανόντων μὲν ἐνθάδ' αὗτις ἀπάλαμνοι φρένες ποινὰς ἔτισαν*, alterum *τὰ δ' ἐν τῷδε Λιὸς ἀρχῇ* usque ad verba *φράσαις ἀνάγκᾳ.* Haec nemo negabit sed iam quaeritur, ubi sit apodosis. Schmidius et Heynius scribunt *εἰ δέ νιν ἔχει τις, οἶδεν τὸ μέλλον.* Quae lectio sine dubio falsa est, nam si quis illas divitias de quibus dixit poeta habet idcirco non etiam quid sit futurum scire debet. Ergo haec quoque explicatio, verba *εἴ τις ἔχων* idem valere ac *εἴ τις ἔχων ἐστίν*, cui Boeckhius favet, falsa est. Hermanni tam dura quam acuta explicatio iam a Boeckhio optimo iure refutata est, qui ipse *εἴ γε*

scripsit: divitiae virtuti iunctae optima res homini est, si quidem qui eas teneat futurorum non est immemor quae post mortem homines maneant. Cui coniecturae a Christio nuper receptae obstat quod Pindarus tantum coniunctioni $\pi\varrho\iota\nu$ addidit particulam $\gamma\acute{\epsilon}$ (cf. *O.* XIII 65). ‘Siquidem’ apud Pindarum est $\varepsilon\bar{\iota}\pi\varrho$ vel simplex $\varepsilon\bar{\iota}$. Accedit quod illa coniectura recepta tota sententia non modo claudicat sed etiam plane perversa redditur. Quae enim Pindarus de illis divitiis praedicat haec omnia sine ulla condicione dici possunt, sive qui eas habet ignorat, sive scit futura. Videamus. Dicit poeta: ‘divitiae virtutibus iunctae occasionem facinorum pulchrorum praebent’: sine ulla dubitatione. — ‘graves curas opprimunt’: nemo negabit. — ‘viro astrum splendidissimum et lux verissima’. Quam sententiam Pindarum saepissime profiteri non est quin sciatur. Quae omnia de illis divitiis possunt praedicari etiamsi qui eas habet $\tau\bar{o} \mu\acute{\epsilon}\lambda\lambda\bar{o}v$ ignorat. Quae cum ita sint apodosin in versibus antecedentibus latere ($\varphi\acute{\epsilon}\varrho\iota\iota$) ut etiam Gildersleevius censuit nego. Sed iam poeta novam addit sententiam: $\varepsilon\bar{\iota} \delta\grave{\epsilon}$. Iam sententiarum hic est conexus: divitiae virtutibus ornatae praeclara res est, neque vero hoc satis est, sed si ad eas ($\varepsilon\bar{\iota} \delta\acute{\epsilon} \nu\bar{\iota}\nu \xi\chi\omega\bar{\nu}$) accedit quod qui eas habet $\text{o}\bar{\iota}\delta\acute{\epsilon}\nu \tau\bar{o} \mu\acute{\epsilon}\lambda\lambda\bar{o}v$ iam hoc praeclarissimum est. Haec vel similis apodosis omissa est, quod poeta iam sententiam $\tau\bar{o}\bar{\nu}$ $\varepsilon\bar{\iota}\delta\acute{\epsilon}\nu\bar{\alpha} \tau\bar{o} \mu\acute{\epsilon}\lambda\lambda\bar{o}v$ in partes singulas dividit (usque ad v. 85). Tum demum apodosin non iam bene stare posse intellegitur. Puto igitur apodosin a poeta esse omissam propter disputationem de rebus futuris, quae inter protasin et apodosin interposita cum longa esset effecit, ut apodosis non iam exprimeretur. Sic Boeckhi coniecturam refutasse mihi videor nec non Mezgeri explicationem, qui apodosin a verbis $\iota\sigma'$ $\dot{\epsilon}\nu \delta\grave{\epsilon}$ incipere statuit, quod rectum esse iam propter hoc nego, quod qui alteram partem $\tau\bar{o}\bar{\nu} \mu\acute{\epsilon}\lambda\lambda\bar{o}v\tau\bar{o}\bar{\sigma}$ scit etiam alteram habet, ut poeta eum de hac altera parte non ex industria admonere debeat (‘so wisse er anderseits’. Mezger).

Haec hactenus; de ceteris difficultatibus, quibus locum hunc pulcherrimum abundare valde est dolendum, hic ubi tantum de particula $\varepsilon\bar{\iota}$ verba facio non mihi est dicendum.

Bis a Pindaro in protasi verbum $\xi\sigma\tau\acute{\iota}\nu$ omissum est:

P. XII 28 εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν, ἄνευ καμάτου οὐ φαινεται. N. IX 28 εἰ δυνατόν, Κρονίων, πεῖραν μὲν ἀγάνορα... ἀναβάλλομαι ὡς πόρσιστα, μοῖραν δ' εὔνομον αἰτέω σε παισὶν δαρὸν Αἰτναιῶν διπάξειν.

2.

εἰ c. ind. imperf. — ind. praes.

Unum exemplum. N. VII 74 εἰ πόνος ἦν, τὸ τερπνὸν πλέον πεδέρχεται.

3.

Eo saepius coniungit particulam εἰ cum indicativo aoristi, in apodosi varia inveniuntur tempora.

a. εἰ c. ind. aor. — ind. praes.

J. VI (V) 42 εἰ ποτ' ἐμᾶν, ὁ Ζεῦ πάτερ, θυμῷ θέλων ἀρᾶν ἀκούσας, νῦν σε, νῦν εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις, λίσσομαι κτλ. P. XI 54 φθονερὰν δ' ἀμύνονται ἄται, εἰ τις ἄκρον ἐλῶν ἥσυχᾳ τε νεμόμενος αἰνὰν ὕβριν ἀπέφυγεν κτλ. O. VI 77: protasis εἰ ἐδώρησαν, apodosis κεῖνος κραίνει. N. VII 75 νικῶντι γε χάριν, εἰ τι πέραν ἀερθεὶς ἀνένραγον, οὐ τραχύς εἰμι καταθέμεν. Hunc locum difficilem et ad interpretandum et ad interpungendum esse non ignoro; neque vero de his rebus verba facienda sunt mihi, quippe quod verba a me afferenda luce clariora sint.

b. εἰ c. ind. aor. — ind. imperf.

Unum exemplum. O. I 55 εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ ἐτίμασαν, ἦν Τάνταλος οὗτος.

c. εἰ c. ind. aor. — imp. praes.

O. I 17 ἀλλὰ Αἰωνίαν ἀπὸ φόρμιγγα πασσάλον λάμβαν', εἰ τί τοι Πίσας τε καὶ Φερενίκου χάρις νόον ὑπὸ γλυκυτάταις ἔθηκε φροντίσιν.

d. εἰ c. ind. aor — μὴ c. imp. aor.

O. VIII 54 εἰ δ' ἐγὼ Μελησίᾳ ἐξ ἀγενείων κῦδος ἀνέδραμον ὕμνῳ, μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος.

e. εἰ c. ind. fut. et ind. aor. — imp. perf.

N. XI 13 εἰ δέ τις ὄλβον ἔχων μορφῇ παραμεύσεται ἄλλους, ἐν τ' ἀέθλοισιν ἀριστεύων ἐπέδειξεν βίαν, θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη κτλ.

f. *εἰ* c. ind. aor. — verbum deest.

P. XI 41 *Μοῖσα,* τὸ δὲ τεόν, εἰ μισθοῦ συνέθεν παρέχειν φωνὰν ὑπάργυρον, ἄλλοτ’ ἄλλα ταρασσέμεν κτλ. N. III 19 εἰ δ’ ἐών καλὸς ἔρδων τ’ ἐοικότα μορφᾶ ἀνορέαις ὑπερτάταις ἐπέβα παῖς Ἀριστοφάνευς, οὐκέτι προτέρω ἀβάταιν ἀλλα κιόνων ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν εὑμαρές (sc. ἐστιν). Nostra lingua addamus verba haec: ‘so möge er nicht vergessen’ vel tale quid; Graecos et Latinos haec omittere et statim apodosin adiungere notum est.

4.

Cum particulam *εἰ* cum indicativo perfecti coniungit poeta, in apodosi invenimus aut indicativum praesentis aut prohibitiuum.

a. *εἰ* c. ind. perf. — ind. praes.

J. I 41 εἰ δ’ ἀρετᾶ ’ντέταται τις πᾶσαν ὁράν, ἀμφότερον δαπάναις τε καὶ πόνοις, χρή νιν εὐρόντεσσιν ἀγάνορα κόμπον μὴ φθονεραῖσι φέρειν γνώμαις. Locus desperatus est; Christii lectionem recepi.

b. *εἰ* c. ind. perf. — μὴ c. imp. praes.

Huius quoque structurae apud Pindarum unum exstat exemplum. J. V (IV) 22 εἰ δὲ τέτραπται θεοδότων ἔογων κέλευθον ἀν καθαράν, μὴ φθόνει κόμπον τὸν ἐοικότ’ ἀοιδᾶ κιρνάμεν ἀντὶ πόνων.

II. De potentiali.

Transeamus iam ad eas structuras in quibus particula *εἰ* cum optativo coniungitur.

1.

Ac primum quidem agendum erit de enuntiationibus conditionalibus, quarum in protasi particulam *εἰ* optativus sequitur, cum in apodosi optativus cum particula *κέ* coniunctus locum habeat.

a. *εἰ* c. opt. praes. — opt. praes. c. *κέ*.

Cuius simplicis constructionis habemus unum exemplum. Solet enim Pindarus simplicibus formis constructionum conditionalium non saepe uti, sed constructiones ex pluribus commixtas adamavit, de quibus mox erit dicendum. Unum

quod dixi exemplum est N. VII 89 εἰ δ' αὐτὸ καὶ θεὸς ἀνέχοι,
ἐν τίν κ' ἐθέλοι, Γίγαντας δος ἐδάμασας, εὐτυχῶς ναιειν κτλ.
Lectionem ἀν ἔχοι ab Heynio Dissenio Hermanno receptam,
ab Heynio perverse explicatam falsam esse iam demonstravit
Thierschius. Neque etiam Bergkii coniectura opus est, quippe
quod ἀνέχοι bonum sensum habeat quod quidem Gildersleevius
(l. l. p. 444) negat, sed cf. Hom. τ 111 εὐδικίας ἀνέχησιν.

b. εἰ c. opt. praes. — opt. aor. c. κέ.

Huius quoque usus apud Pindarum unum reperitur exemplum: O. VI 4 εἰ δ' εἴη μὲν Ὄλυμπιονίας, βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Λιὸς ἐν Πίσα, συνοικιστήρ τε τᾶν κλεινᾶν Συρακοσσᾶν, τίνα κεν φύγοι ὕμνον κεῖνος ἀνήρ; P. VIII 13 κέρδος δὲ φίλτατον, ἐκόντος εἰ τις ἐκ δόμων φέροι. Supplendum est ἐστὶν vel εἴη ἄν.

2.

Restant exempla in quibus optativus potentialis aoristi absolute positus est neque vero sine participio, quod instar protasis est. Sunt haec: N. IV 30 ἀπειρομάχας ἐών κε φανείη λόγον δι μὴ ξυνιείς (= εἰ μὴ ξυνιείη). O. X 20 θῆξαις δέ κε φύντ' ἀρετῇ ποτὶ πελώριον δρμάσαι κλέος ἀνήρ θεοῦ σὺν παλάμᾳ (εἰ θῆξαι). P. X 29 ναυσὶ δ' οὔτε πεξὸς ἵων ἀν εὔροις ἐς Τπερβιορέων ἀγῶνα θαυματὰν δδόν (οὔτε εἰ ναυσὶν οὔτε εἰ πεξὸς ἵωις, εὔροις ἄν). P. X 61. N. X 39.

III. De irreali.

Hoc nomine eas sententias condicionales intellegi volo,
quarum in apodosi indicativus temporis historici cum parti-
cula ἀν (κέ) coniunctus ponitur.

1.

Ac primum quidem invenimus hanc formam:

εἰ c. ind. imp. — ind. aor. c. ἀν (κέ).

N. IV 13 εἰ δ' ἔτι ζαμενεῖ Τιμόκριτος ἀελίῳ σὸς (?) πατήρ
ἐθάλπετο, ποικίλον κιθαρίζων ἄμα κε τῷδε μέλει κλιθεὶς ὕμνον
κελάδησε καλλίνικον κτλ. N. VII 24 εἰ γὰρ ἦν ἐ τὰν ἀλάθειαν
ἰδέμεν, οὐ κεν ὅπλων χολωθεὶς δι καρτερὸς Αἴας ἐπαξε διὰ

φρενῶν λευρὸν ξίφος. P. III 63 εἰ δὲ σώφρων ἀντρον ἔναι· ἔτι Χείρων, καὶ τί Φοι φίλτρον ἐν θυμῷ μελιγάρυες ὕμνοι ἀμέτεροι τίθεν, λατῆρα τοί πέν νιν πίθον καὶ νυν ἐσλοῦσι παρασχεῖν ἀνδράσιν θερμᾶν νόσων ἥ τινα Λατοῦδα κεκλημένον ἥ πατέρος. Καὶ κεν ἐν ναυσὶν μόλον Ἰονίαν τέμνων θάλασσαν Ἀρέθουσαν ἐπὶ κράναν παρ' Αἴτναιον ξένον . . . τῷ μὲν διδύμας χάριτας εἰ κατέβαν ὑγίειαν ἄγων χρυσέαν κῶμον τ' ἀέθλων Πυθίων αἴγλαν στεφάνοις, τοὺς ἀριστεύων Φερένικος ἥλ' ἐν Κίρρᾳ ποτέ, ἀστέρος οὐρανίου, φαμί, τηλαυγέστερον κείνῳ φάος ἔξικόμαν κε βαθὺν πόντον περάσαις. Tres habemus sententias condicionales, priorem εἰ δὲ σώφρων — ἥ πατέρος, cuius apodosis est πίθον κεν, protasis ex duobus membris constat: εἰ ἔναιε Χείρων καὶ ὕμνοι τίθεν, quae protasis etiam in sententia sequenti καὶ κεν — πατήρ animo supplenda est, tum habemus structurum condicionalem εἰ κατέβαν ἄγων — ἔξικόμαν κεν.

2.

εἰ c. ind. aor. — ind. aor. c. κέν.

P. III 73, quem locum iam attuli (cf. v. 65): P. IV 43 εἰ γὰρ οἱκοι νιν βάλε παρ χθόνιον "Αιδα στόμα κτλ. . . τετράτων παίδων κ' ἐπιγεινομένων αἷμά Φοι κείναν λάβε σὺν Δαναοῖς εὐρεῖαν ἄπειρον. O. XII 13.

3.

Protasis loco participium posuit Pindarus bis. N. XI 24 ναὶ μὰ γὰρ δρυον, ἐμὰν δόξαν παρὰ Κασταλίᾳ καὶ παρ' εὐδένδρῳ μολὼν δχθῷ Κρόνου κάλλιον ἀν δηριάντων ἐνόστησ' ἀντιπάλων (= εἰ ἐμολεν).

N. IX 34 Χρομίῳ κεν ὑπασπίζων παρὰ πεζοβόαις ὕπποις τε ναῶν τ' ἐν μάχαις ἔκρινας ἀν κίνδυνον δξείας ἀντᾶς. Locus admodum difficilis est. Oritur enim quaestio, 'AN (v. 35) utrum sit coniunctio an praepositio ex ἀνὰ apocopata. Illud dicunt Schmidius (p. 215) Dissenius (cum in Boeckhi tum in sua editione) Christius (in priore editione) alii, hoc Heynius Kayser Bergkius Mezger Christius (in maiore editione). Ergo quid est iudicandum? Si ἀν coniunctionem esse putamus, sensus est hic: 'si Chromio armiger adstitisses, cognovisses discrimin acris proelii'. Quae dicere poetam voluisse nego.

Nam discrimen illud pugnae etiam si non Chromio sed alii cuivis armiger adstitisses cognoscere potuisti. Discrimen pugnae quicunque ei interfuit cognoscere potuit. Neque vero pugnam periculosam fuisse facile potuisse cognosci poeta dicere vult, sed hoc dicit Chromium fuisse bellicosissimum atque fortissimum. Hoc enim significant verba *ἐν πολέμῳ κείνα θεὸς* (sc. *Αἰδώς*) *ἐντυεν αὐτοῦ θυμὸν αἰχματὰν ἀμύνειν λοιγὸν Ἐνναλίον*. Unde autem licuit cognoscere, Chromium sic fortem fuisse? Ex discrimine acris proelii: nam quo est maius periculum pugnae, eo fortior est is, qui in tanto discrimine fortiter pugnet, vel ut poeta dicit ‘propulset exitium Enyalii’. Quae cum ita sint apparent *ἐν* praepositionem esse. Facile ex antecedentibus particula *κεν* ad *ἐκρινᾶς* ducitur. Participio apposita est.

IV.

Quoniam de usitatis formis enuntiationum hypotheticarum dixi, restat ut de constructionibus ex duabus mixtis verba faciam.

1.

εἰ c. ind. praes. — opt. praes. c. *κέν*.

N. X 85 *εὶ δὲ κασιγνήτου πέρι μάρνασαι πάντων δὲ νοεῖς ἀποδάσσασθαι Φισον*, *ἥμισυ μέν κε πνέοις γαίας ὑπένερθεν ἐών*, *ἥμισυ δ’ οὐρανοῦ ἐν χρυσέοις δόμοισιν.* *N.* VII 86 *εὶ δέ δεύεται ἀνδρὸς ἀνήρ τι, φαῦμέν κε γείτον’ ἔμμεναι νόῳ φιλήσαντ’ ἀτενέι γείτονι χάρμα πάντων ἐπάξιον.*

2.

In protasi *εἰ* c. opt. praes., in apodosi ind. vel praes. vel futuri.

a. *εἰ* c. opt. praes. — ind. praes.

J. II 33 *οὐ γὰρ πάγος, οὐδὲ προσάντης ἀ κέλευθος γίνεται, εἰ τις εὐδόξων ἐξ ἀνδρῶν ἄγοι τιμὰς Ἐλικωνιάδων.*

b. *εἰ* c. opt. praes. — ind. fut.

O. XIII 105 *εὶ δὲ δαίμων γενέθλιος ἔρποι, Άλι τοῦτ’ Ἐνναλίῳ τ’ ἐκδώσομεν πράσσειν.*

3.

εἰ c. coni. praes. — ind. praes.

J. V (IV) 12 δύο δέ τοι ζωᾶς ἄωτον μοῦνα ποιμαίνοντι τὸν ἄλπινστον εὐανθεῖ σὺν ὅλβῳ, εἴ τις εὖ πάσχων λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ.

4.

Plura sunt exempla eius constructionis cuius in protasi *εἰ c. opt. aor. ponitur*; in apodosi aut ind. praes. locum habet aut verbum aliquod, ex quo infinitivus pendet cui *κέν* particula addita est.

a. *εἰ c. opt. aor. — ind. praes. P. I 81 καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν πείρατα συντανύσαις ἐν βραχεῖ, μείων ἔπειται μῶμος ἀνθρώπων. J. V (IV) 14 πάντ' ἔχεις, εἴ σε τούτων μοῖρ' ἐφίκοιτο καλῶν.*

b. *O. I 111 εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι, ἔτι γλυκυτέραν κεν ἔλπομαι σὺν ἀρματὶ θοῷ κλεῖξειν. In hoc Pindari loco particulam *κέν* cum infinitivo coniungas, ut iam Boeckhius recte construxit. cf. Bäumlein. p. 351 ss. Kuehner. II § 398, 3. Sententia non pendens haec est: *εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι, ἔτι γλυκυτέραν κλεῖξω κεν.* P. III 110 εἰ δέ μοι πλοῦτον θεὸς ἀβρὸν ὀρέξαι, ἐλπίδ' ἔχω κλέος εὑρέσθαι κεν ὑψηλὸν πρόσω. cf. Bäumlein. p. 349 ss., de infinitivo a verbo *ἐλπίζειν* pendente p. 350.*

5.

Pindarus cum in protasi *εἰ c. coni. aor. coniungit*, in apodosi ponit ind. aut praes. aut aoristi. Est autem hic usus particulae *εἰ* cum coniunctivo aoristi coniunctae (pro *ἔαν c. coni.*) Homericus, nam *ἔαν* apud Homerum non invenitur, saepissime vero coniungit particulam *εἰ* cum coniunctivo: cf. Krueger. § 54, 12, 2. Kuehner. II § 398, 2 d. Gildersleevium (l. l. p. 441 ss.). cf. supra p. 10.

a. *εἰ c. coni. aor. — ind. praes.*

Huius structurae multa sunt exempla. *O. VI 11 πολλοὶ δὲ μέμνανται, καλὸν εἴ τι ποναθῇ. μέμνανται enim formam perfecti, sed praesentis vim habet: 'memores sunt'. O. VII 1. Verba exscripta et explicata sunt supra (p. 9—11). P. IV 273 ἀλλ' ἐπὶ χώρας αὗτις ἔσσαι δυσπαλές δὴ γίνεται, ἐξαπίνας εἰ*

μὴ θεὸς ἀγεμόνεσσι κυβερνατὴρ γένηται. ib. 263 εἰ γάρ τις δῖοντος δίκυτόμω πελέκει ἔξερείψαι κε μεγάλας δρυός, αἰσχύνη δέ ξοι θαητὸν εἶδος, καὶ φθινόναρπος ἐοῖσα διδοῖ ψᾶφον περ' αὐτᾶς. Verba ἔξερείψαι κε Hermannus, quamquam olim¹⁾ defendere conatus est, postea optime mutavit in ἔξερείψη μέν. Neque enim ullus hic est locus optativi cum particula καὶν coniuncti; coniunctivo opus esse quod sequitur αἰσχύνη δὲ ostendit, cui praclare respondet ἔξερείψη μέν. — N. VII 14. IX 46 εἰ γὰρ ἄμα κτεάνοις πολλοῖς ἐπίδοξον ἀρηται κῦδος, οὐκ ἔνεστι πόρσω θνατὸν ἔτι σκοπιᾶς ἄλλας ἐφάψασθαι ποδοῖν. J. III 58 (IV 40) τοῦτο γὰρ ἀθάνατον φωνᾶεν ἔρπει, εἰ τις εὖ Σείπη τι. fr. 42 (171), 4 εἰ δέ τις ἀνθρώποισι θεόσδοτος ἄτα προστύχη (v. l. προστύχοι), ταύταν σκότει κρύπτειν ἔοικεν.

b. εἰ c. coni. aor. — ind. aor.

Unum extat exemplum. N. VII 11 εἰ δὲ τύχη τις ἔρδων, μελίφρον' αἰτίαν δοαισι Moisān ἐνέβαλε.

6.

Particulam εἰ cum ind. perf. coniunctam invenies semel: in apodosi habes optat. prae. N. V 19 εἰ δ' ὅλβον ἢ χειρῶν βίαν ἢ σιδαρίταν ἐπαινῆσαι πόλεμον δεδόκηται, μακρά μοι αὐτόθεν ἄλματ' ὑποσκάπτοι τις.

B. De reliquo usu particulae εἰ.

I. εἰ = num.

cf. Kuehner. II § 587, 21. N. VII 68 μαθὼν δέ τις ἀνέρει, εἰ παρ μέλος ἔρχομαι. O. VI 89 γνῶναί τ' ἔπειτ', ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλαθέσιν λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν ὕν. O. VIII 2 ... ἵνα μάντιες ἀνδρες ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι παραπειρῶνται Διὸς ἀργικεράνουν, εἰ τιν' ἔχει λόγον ἀνθρώπων πέρι κτλ. cf. O. XIV 4. P. IX 93. P. IV 163 μεμάντευμαι δ' ἐπὶ Κασταλίᾳ, εἰ μετάλλατόν τι.

1) Ad. Viger. p. 830. cf. de part. ἀν III 11.

II. *εἰ = siquidem.*

O. IX 25 . . . ἀγγελίαν πέμψω ταύταν, εἰ σύν τινι μοιριδίῳ παλάμαξ ἔξαιρετον Χαρίτων νέμομαι κἄπον.

P. III 85 λαγέταν γάρ τοι τύραννον δέρκεται, εἰ τιν' ἀνθρώπων, δέ μέγας πότμος (= si quem hominum).

III. *εἴπερ.*

a. *εἴπερ = siquidem.*

1. c. ind. prae. *P.* I 89 εὐανθεῖ δ' ἐν δογῇ παραμένων, εἴπερ τι φιλεῖς ἀκοὰν ἀδεῖαν αἱεὶ κλύειν, μὴ κάμνε λίαν δαπάναις. cf. Kuehner. II § 510, 5.

2. c. ind. perf. *N.* II 6 δοφεῖλει δ' ἔτι, πατρίαν εἴπερ καθ' ὅδόν νιν εὐθυπομπὸς αἰών ταῖς μεγάλαις δέδωκε κόσμον Ἀθάναις θαμὰ μὲν Ἰσθμιάδων δρέπεσθαι κάλλιστον ἄωτον κτλ.

b. *καὶ περ = et si.*

N. IV 36 ἔμπα, καὶ περ ἔχει βαθεῖα ποντιὰς ἄλμα μέσσον, ἀντίτειν ἐπιβουλίᾳ. cf. Kuehner. II § 578, 2—3.

IV. *εἰ γὰρ = utinam.*

Kuehner. II § 395, 6. — *P.* I 46 εἰ γὰρ δέ πᾶς χρόνος ὅλβον μὲν οὕτω καὶ κτεάνων δόσιν εὐθύνοι, καμάτων δέ ἐπιλασιν παράσχοι. *N.* VII 98; est una periodus: utinam aptans pertexas, filii autem teneant.

Caput sextum.

De particulis consecutivis et declarativis.

I. De particulis consecutivis.

1. *Ὥστε.*

Particula ὥστε quater usus est Pindarus, semper cum infinitivo coniuncta. Est usus Pindaricus particulae ὥστε quodammodo singularis ut iam videbimus. Usus vulgaris maxime

similis est locus N. V 1 οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰμ', ὥστ' ἐλινύ-
σοντα Φεργάξεσθαι ἀγάλματ' ἐπ' αὐτᾶς βαθμίδος ἔσταστα.
O. IX 74.

Singulariter particula ὥστε posita est post verbum κατα-
νεύειν, post quod aut accusativum (cf. Hom. Θ 175) aut in-
finitivum (cf. Hom. B 112) invenire solemus. N. V 34 δὸς δ' ἐφράσθη κατένευσέν τέ ξοι δρσινεφῆς ἐξ οὐρανοῦ Ζεὺς ἀθανά-
των βασιλεύς, ὥστ' ἐν τάχει ποντιῶν χρυσαλακάτων τινὰ Νη-
ρεῖδων πράξειν ἄκοιτιν. Pindarus ipse N. I 14 post κατένευσεν
infin. fut. sine part. ὥστε posuit. Dissenius particulam ὥστε
post κατένευσεν explicare studet ut non sine vi additam esse
dicat. Audias ipsum: „Iuppiter magnopere probans castitatem
et iustitiam Pelei ita voluntatem suam [significavit, ut haud
cunctanter divinam se ei uxorem paraturum affirmaret.“ Con-
fert etiam in sua editione Thucyd. VIII 86 ἐπαγγελλόμενοι
ῶστε βοηθεῖν. — cf. Krueger. 65, 3, 1 et ad Thucyd. I 119.
II 2, 4. Kuehner. II § 473, 2, 6.

Vis finalis inest particulae ὥστε N. V 50 εἰ δὲ Θεμίστιον
ἴκεις ὥστ' ἀείδειν μηκέτι φίγει.

2. Ὡς.

Etiam particula ὡς cum particula ἢ coniuncta apud Pin-
darum semel reperitur post comparativum. O. XIII 112 καὶ
πᾶσαν κατὰ Ἑλλάδ' εὐρήσεις ἐρευνῶν μάσσον', ἢ ὡς διῆμεν
(cf. p. 17) ἢ ὡς pro ἢ ὥστε post Homerum, qui neque ἢ ὡς
neque ἢ ὥστε post comparativum posuit, non raro invenitur
cf. Krueger. 49, 4.

II. De particulis declarativis.

1. ὅτι.

Usus particulae declarativae ὅτι apud Pindarum simplex
est, cum non nisi post verba dicendi et sciendi habeat. Bis
posita est particula ὅτι post verbum εἰδέναι, semel post λέ-
γειν, post ἐννέπειν semel, semel post διαγγέλλειν.

a. post verba dicendi.

O. XIV 19 . . . δόμον Φερσεφόνας ἔλυθ', Ἀχοῖ, πατρὶ¹
κλυτὰν φέροισ' ἀγγελίαν, Κλεόδαμον ὄφρ' ἴδοισ' νίὸν εἴπης,

ὅτι οἱ νέαν κόλποισι παρ' εὐδόξου Πίσας ἐστεφάνωσε κυδίμων ἀέθλων πτεροῖσι χαίταν. N. V 3. O. I 48 ἔννεπε κρυφῇ τις αὐτίκα φθονερῶν γειτόνων ὕδατος ὅτι σε πνῷ ζέοισαν εἰς ἄκμὰν μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη κτλ.

b. post verbum εἰδέναι.

O. II 62 (56): *verba exscripta et explicata sunt supra (p. 47).*
N. IV 43 εὖ Σοῦδ' ὅτι χρόνος ἔρπων πεπρωμέναν τελέσει.

2. Οὖνεκεν, εἶνεκεν.

Duo exempla particulae οὖνεκεν (*εἶνεκεν*) sensu declarativo usurpatae habemus. N. IX 36 Quoniam de hoc loco quae putem supra (p. 52) exposui, hic tantum laudare eum debo. Cum ἀν (ante κίνδυνον) praepositionem esse putemus particula οὖνεκεν sensum declarativum habet: ex periculo cognosces, deam ipsam eius animum incitasse.¹⁾ Ergo corrigendus est Rumpelius. Eandem vim habet εἶνεκεν J. VIII 31 (VII 33) εἴπε δ' εὐβουλος ἐν μέσοισι Θέμις, εἶνεκεν πεπρωμένον ἦν κτλ.

3. Ως.

Eodem fere modo quo ὅτι etiam particula ὡς sensu declarativo locum habet apud Pindarum post verba dicendi.

P. IV 6 χρῆσεν (sc. Pythia) οἰκιστῆρα Βάττον καρποφόρου Λιβύας, ἵερὰν νᾶσον ὡς ἥδη λιπὼν κτίσσειεν εὐάρματον πόλιν ἐν ἀργινόεντι μαστῷ καὶ τὸ Μηδείας ἔπος ἀγκομίσαι κτλ. De constructione usitatissima qua subiectum enuntiati pendentis (*κτίσσειε*) obiectum regentis (*χρῆσεν*) factum est, cf. Christium ad h. l. Nitzschium ad Od. I 300. II 65. — Krueg. 61, 6. — N. V 30 συνέπαξε λόγον, ὡς ἀρα νυμφείας ἐπείρα κεῖνος ἐν λέκτροις Ἀκάστον εύνας. N. I 33 ἐγὼ δ' Ἡρακλέος ἀντέχομαι, προφρόνως ἐν κορυφαῖς ἀρετᾶν μεγάλαις ἀρχαῖον δτρύνων λόγον, ὡς ἐπεὶ σκλάγχνων ὑπὸ ματέρος αὐτίκα θαητὰν ἐσ αἴγλαν παῖς Διὸς ὀδῖνα φεύγων διδύμῳ σὺν κασιγνήτῳ μόλεν, ὡς οὐ λαθὼν χρυσόθρονον Ἡραν κροκωτὸν σπάργανον ἐγκατέβα.

1) Οὖνεκεν sensu declarativo etiam alias usurpatur, cf. Ameisium ad Hom. ε 216. Soph. OR 708. OC. 1397.

Loci pluribus tractati sunt hi:

pag.		pag.	
Ol. I 3	45	Nem. I 67	19
„ 25	27	III 59	39
II 33	23—24	IV 79	46
„ 62 (56)	47—48	V 34	57
VII 1	9—11	VI 1	36
„ 13	41	VII 89	51
„ 39	38	IX 34	52—53
VIII 37	27—28	X 57	18
X 9	13	Isthm. I 24	20—22
„ 86	14	III 36	15—16
XIII 43	36	VI (V) 51	36
Pyth. II 79	37	VII (VI) 12	35
„ 90	29—30	„ 39	33—34
IV 29	16—17	Fr. 75 (45)	22
„ 154	43	„ 128 (90)	41—42
V 14	33	„ 218 (239)	24
„ 57	28		

Vita.

Natus sum Paulus Brandt Cothenae Anhaltinorum a. d. IV. Idus Apriles anni h. s. LXXV. patre Hermanno matre Maria e gente Schilling. Fidei addictus sum evangelicae Primis litterarum elementis tres per annos in ludis Bernburgiensi et Dessaviensi imbutus in gymnasium Carolinum Bernburgiense receptus sum patre carissimo directore florens, in quo quattuor annos peregi. Postquam mihi puero tredecim annorum pater optimus praematura morte ereptus est, cum matre Dessaviam migravi, ubi in gymnasium Fridericianum receptus sum quod floret Gustavo Kruegero directore. Semper pium in praceptores servabo animum, in primis nunquam obliviscar, quanta benevolentia puerum orbum praceptores Fr. Ballin et F. Seelmann adiuverint. Maturitatis testimonium adeptus vere anni 1894 Bonnam me contuli. Docuerunt me viri humanissimi Brinkmann, Buecheler, Litzmann, Loeschke, Solmsen, Usener, Wilmanns. Exercitationibus archaeologicis ut interessem Loeschke benigne permisit. Per duo semestria proseminario philologo Bonnensi adscriptus eram Buechelero et Usenero moderantibus. Qui viri doctissimi studiis tironis semper maxima cum benignitate faverunt.

Duobus semestribus Bonnae peractis Lipsiam transmigravi studia absoluturus.

Scholis interfui virorum illustrissimorum de Bahder, Biedermann, Heinze, Holz, Lipsius, Ribbeck, Richter, Sievers, Wachsmuth, Wundt. Lipsius, Ribbeck, Wachsmuth benigne me receperunt in seminarium philologum, cuius sodalis ordi-

narius fui per tria semestria. Ribbeckii humanitate per duos annos societati philologae adscriptus eram. Praeterea Ricardus Richter seminarii paedagogici ut essem sodalis summa cum comitate mihi permisit. Etiam proseminario Germanico per duo semestria interfui Sieversio regente.

Quibus viris optime de me meritis pium gratumque servare animum nunquam desinam.





Pinder

346162

Author Brandt, Paul

LGr

P 648

.Ybr

Title De particularum subiunctivorum apud
Pinderum usq.

**University of Toronto
Library**

**DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET**

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

